53

Ar 4
R

FRAN-CISCI VALLESII

Couarruuianij, in ſchola complatenſi profeſſoris commentaria in quartum librum meteorωn Ariſtotelis.



Compluti.

In officina Ioannis Brocarij.

Anno. 1558.

Ad Franciſcum Valleſium medicinę profeſſorẽ, Gaſparus Cardillus Villalpandeus.

COMMENtarium tuum longe eruditiſsimum in quartum librũ meteorologicorum Ariſtotelis quem ad me miſsit admodum Reuerendus Vicarius Complutenſis legi diligenter. Ex eius vero lectione tantam voluptatem cæpi vt ego ſane eo perlecto non moleſte tulerim grauioribus meis occupationibus illud temporis detraxiſſe, quod euoluendo tuo commentario impenderam. Quis eſt enim vt cætera taceam,

ceant, quem non reficiat ac recrẽt tã recondita eruditio, tãtaq; rerum varietas quantam tu magno iudicio in tuum iſtum cõmentarium contuliſti. Ego vero Valleſij doctiſsime ſic exiſtimo non ſolum iſtum tuum laborem quẽ in enarratione huius partis Ariſtoteleæ philoſophiæ ſuccepiſti, dignũ eſſe quem ſtudioſi bonarum artium vtraq; manu excipiant, Sed ex eo etiam coniïcio quantum abſte academia noſtra, ſi proceſſeris ſperare debeat. perge igitur fœlicibus auſpicijs vir doctiſsimè, neque te inuidorum turba ſolicitet. crede mihi facile inuidiam gloria ſuperauis. Et vigiliarũ tuarum vberrimum fructum feres.

Illuſtri ad modum ac reuerẽdiſsimo viro Andreæ à Cueſta, Sacræ Theologiæ Docto-ri, & compluti profeſſori, & legionenſis apud Hiſpanos Eccleſiæ epiſcopo, Franciſcus Valleſius Couarrubianus. S. P. D.

NON EST qđ ego modo cauſam reddã P. Ill. qua per motus opuſculum hoc tuę autoritati dicare decreui: cum nemo neſciat, eorum qui nos ambonorunt (nam alijs hac in re ſatisfacere nihil refert) te mi-

hi perpetuò patronum extitiſſe atq; patrocinio & fauore me in hac academia ſemper retinuiſſe: itaq; tibi deberi in primis labores meos, & quicquid mea ſtudia pepererint. Verū eſt qđ dicam, quæ res animum fecerit vt tam exiguum commentariolum, ad eum virum, quem tanti faciam, mittere non dubitauerim. Certè cum libello huic patronum elegi, qui cum autoritate valeret plurimū, acri ſtudio id patrocinium eſſet ſuſcepturus, quod te facturum intellexi, cùm quod ea eſt tua bonitas, atq; ita ſoles, cum quidpiā tuæ fidei commendatur, tum etiam, quòd nō minus videtur

tua

tua refferre quàm mea, à plerisque probari mea opera, quippequæ ſint per te publice totiens commendata, vt nihil me adeo animauerit ad docendum publice, & ad ſcribendum, ac tua commendatio. Nam, vt alia omittam, quid adeo cæſaris permouit ſenatum, ne me inuidia medicorum complutenſium obrui pateretur, in magna illa conſpiratione quæ in me eſt facta quam quod apud illum, te magnifice de me ſentire, declariſti. adhibebis ergò nunc libenter tuam autoritatem, fereſque non ægre, libellum hunc in tuo nomine apparere, vt

hac ſaltem de cauſa, quod tu toties comendaſti, nemo vituperet. Eſt verò mihi, maior humanæ gloriç pars nulla, quã q̄ à te aliquando commendatus ſim. Intelligunt enim omnes, te nulla gratia, nullo ſingulari affectu, laudando aut vituperando permoueri ſolitum, ſed ſumma integritate, & fide ſemper hui⁹ litterariæ rei publicæ incolumitatem procuraſſe vſq; adeo, vt vix ſciam gaudẽdum magis ſit an dolendum, quod ea relicta, ad Epiſcopatum gerẽdum proficiſcaris. nam exte, vbi vbi ſis, maximum honorem ei acceſſurum non dubito, ſed ne in rebus gerendis tua fides multum

deſide-

deſideretur, timeo. Faciat Deus optimus maximus, vt tibi fœlix profectio contingat, & accademiæ noſtræ viri tui ſimiles nunquam deſint.

Vale.

Commentaria in quartum librum metheorōn Ariſtotelis.

Procœmium.

VIDEO medicorū ſcholā indigere ſummopere libelli huius enarratione aliqua, & libellum hunc indigere nō minus medico enarratore. Non quidem quod nō habeat multorum, atq; adeo doctiſsimorum virorum præclara cōmentaria, ſed quod illorum optimi, fuerint quidem philoſophi præſtantiſsimi, ſed medicinæ (qua vt quæ hic liber continet penitus aſſequerentur imprimis erat opus) minus periti. Alii vero nonulli, qui medicinę videbātur ſtudioſi, minus ſunt verſati in bonorum autorū ſcriptis, præcipue Galeni cuius ego velle̅ quā maxime cōmentaria in hoc opus nobis cōtigiſſe. haberemus enim proculdubio, qđ modò videtur đſiderari.

Sed

Sed quū hęc nō habemus, videmur nos poſſe nobis ipſis illa quadā ratione cōparare, ea nempe, quæ in multis Galeni libris ſcripta ſunt, in huius libelli Ariſto. cōmētatio nem trāſferentes. Eſt enim liber hic de paſſionibus, quæ miſtis corporibus accidunt gratia elementorū, quales ſunt in primis, putredo & cōcoctio, atq; harū ſpecies: deinde, & emollitio induratio: denſatio, & rarefactio, fragilitas & contrariū, aliaq; his ſimilia, de quibus quā plurimis in locis cogitur Galenus diſputare, & propter mēbrorū ſubſtātiā, & morbū efficientis ſucci putredinem, & cū ciborū, tum excremētorum concoctionē, & propter medicamenta. Eſt enim ad horū omniū notitiam apprime neceſſarius, ac recondıtæ philoſophiæ magnā partem continet hic libellus, quem nonnulli tertium de ortu & interitu. quā quartū metheorōn, melius poſſe appellari, recte mihi iudicare vidētur, cū de ſublimiū rerū cōtēplatione minime ſit. Verū hæc habeāt vtcūq;, minus moror, nihil enim refferet: maxime, cū hos metheorōn libros, operi de ortu & interitu annectat ipſe Ariſto. ꝙ ex ꝓhęmio primi libri ſatis patet. Sed his omiſsis primi capitis enarrationem iam aggredior.

Caput.

Cap. primum.

QVANDO quidem quatuor elementorum cauſæ expoſitę iam ſunt, atq; pro earum cõiugijs quatuor etiam elementa eſſe cõtingit: illarum quidem duæ agentes habentur calidum & frigidum: duę patibiles, ſiccum & humidum. Horum autem omnium fides ex inductione eſt. Nam calor & frigus in omnibus videntur finire coniungere, & tum quę eodem genere, tum quę diuerſo ſunt, mutare, humectare, exicare, durare-

rare & mollire: ſicca autẽ & humida, cùm illa perſe, tũ quæ ex illis ambobus compacta ſunt corpora, finibus deſcribi, & alia pathemata dicta pati. Rationibus etiã quibus naturas illorũ definire conſueuimus, fit manifeſtum. calorẽ enim & frigus, vt agens dicimus. nam quod cogendi vim habet, vt agẽdi vim habens eſt, humidum autem & ſiccum, vt quod pati poteſt. quoniã & quod facile, & quod egre finibus deſcribitur, ſic dici ſolet, quod vtriuſq; natura aliquid patiatur. Quod quidẽ ergo alię agendi cauſę, alię patiendi ſint, manifeſtum.

ACCIPIT in præſentia Ariſtoteles pro libelli huius exordio, quod in ſecũdi libri de ortu & interitu. 2. & 3. capite nix⁹ eſt oſtẽdere, puta qualitatũ elemẽtorũ, quas quatuor eſſe diximus, calorem frigus, humorẽ, & ſiccitatẽ, duas eſſe agentes; calorẽ & frigus, duas patibiles. humorẽ & ſiccitatẽ, atq; adeo harũ qualitatũ, binas ſingulis elemẽtis ineſſe, alterã in ſummo gradu, alterãm prope illũ: Ita vt igni inſit ſumm⁹ calor, aquæ frigus ſummũ, terræ ſiccitas ſumma aëri humor ſummus, & ignis calori ſiccitas, aquę frigori humor, humori aëris calor, frigus ſiccitati terræ accedat. Appellat vero Ariſtoteles has quatuor qualitates, elemẽtorũ cauſas, quãdoquidẽ illis elemẽta agunt & patiũtur, & hę qualitates cõmutationis elementorũ in ſeſe mutuò, & productionis mixtorum cauſæ ſunt. ꝙ verò calor & frigus agentes qualitates ſint, humor & ſiccitas patientes, mõſtrat Ariſtoteles duobus argumentis. primo inductione: omnia quæ circa res natura conſtantes videmus agi, calore & frigore aguntur. Nam hæ duæ qualitates figurant

rant, deſcribunt ſuis finibus, coagmentant & quæ eiuſdem generis ſunt, & quæ diuerſi: mutant, humectant, ſiccant, molliunt, durant, & ſi quæ alia circa res aguntur, contrà, paſsiones omnes in humore, & ſiccitate videntur conſiſtere. Nam humor & ſiccitas, cum ſeparatim, vt cum in elementis ſunt, humor ſcilicet in aqua, ſiccitas in terra, tùm etiam cum ſunt in his quæ ex ipſis fiunt per miſtionem, à calore aut frigore continentur, deſcribuntur, & patiuntur affectiones alias. Accedit aliud argumentum ex illarum qualitatum definitionibus. Calida enim res eſt, quæ congregat ſimilia & ſegregat diſsimilia. frigida quæ cogit congregatq; omnia, humida quæ ductilis eſt ad alienos terminos, ſed propriis malè continetur: ſicca, quæ propriis bene deſcribitur, ſed ad alienos non eſt ductilis. (has diffinitiones ſcripſit ipſemet Ariſtoteles 2. de ortu & interitu capit. 2.) ſed conſtat diffinitionibus priorum qualitatum actionem ſignificari, definitionibus poſteriorum paſsionem. nã cõgregare aut ſegregare agẽtis eſt, terminari facile aut ægre paſsiones ſunt. Sũt ergo calor & frigus qualitates agẽtes, humor & ſiccitas patientes. hæc dicuntur

ab

ab Ariſtotele, quæ refert quã multũ ad ea quę in hoc libello dicentur, & intelligere, & memoria tenere. Nam cũ agendum ſit de his paſsionibus, quæ in miſtis ſubſtãtiis contingunt, cùm ſcitum ſit, calorem, & frigus eſſe agentes qualitates, vbi de efficiẽ ti cauſa cuiuſq; paſsionis cæptum fuerit diſputare, iam hinc intelligemus, eam in calore eſſe aut frigore: cùm verò de patiendi rei potentia, illam proculdubio in humore aut ariditate collocabimus. quare ad ſequentem ſpeculationem optimũ accepit Ariſtoteles principium. Sed duorum quę in hoc principio dicta ſunt, alterum conuenit Ariſtoteli cũ Galeno (eſt verò hoc quod ad ea quæ dicentur ſternit viã) nempe calorem & frigus eſſe qualitates agentes humorem & ſiccitatem eſſe patientes, alterum non conuenit, ꝙ ſcilicet non eſt hoc in loco neceſſarium, ſed obiter tactum, putà elementa ſingula habere binas qualitates, in ſummo vnã, alteram paulo infra. Nam galenus multis in locis videtur dicere aquam eſſe elementum omniũ humidiſsimum, potiſsimum in primo libro de temperamentis, & primo etiam de ſimplicium medicamentorum facultate, quæ loca nos de ipſa re diſputantes adduximus

An aqua ſit ſumme humida.

ximus primo libro controuerſiarum me=dicarum, quãquam quod ad aquæ humo-rem attinet, ſcripſimus illic modum quen dam ſatis ideoneum quo cum Ariſtotele cõ poni poſsit Galenus. quem modo breui di cam, eſſe ſcilicet aquam humidiſsimam in ter omnes ſubſtantias vt medicamentum hocq; dictum eſſe à Galeno, vt pote medi co. aërem humidiſsimum in ſeipſo, & vt elementum, dictumq; hoc eſſe à philoſo-pho, modos quibus vt medicamenta alte rant minus curante. Tamen, quanquam de humore aquæ hæc probabiliter ſaltem dicerentur, vt non diſſentirent, in calore aëris non cõſentiunt proculdubio. Nam. 8. de vſu partium capit. 3. falſam appellat hanc Ariſtotelis aſſertionem, aërem eſſe calidum. Ergo in hac parte apertè diſcre-pant. Ego in prodenda veriſsima ſenten=tia hac in parte non multum loborabo. cũ quoniam hoc non eſt inſtituti huius libri, ſed vt dixi obiter tangitur, tum etiã, quia in his ipſis rebus ſatis àme elaboratum eſt, quo loco dixi, in controuerſiis, vbi veriſsi mam ſententiam aperui, & confirmaui. Modo illud vnum dicam obiter, leuiſsi=mum eſſe Ariſtotelis argumẽtum. quo in ſecundo de ortu, & interitu hæc nititur

B monſtra-

monſtrare, nam, cùm (inquit) res contrariæ quatuor enumerentur, & ex illis ſex paria connectantur, & contraria vnà iugari ſua pte natura non queant (nam fieri non poteſt, vt calidum & frigidum idem ſit, nec contra ſiccum & humidum) ſatis liquet elementorum paria tantummodo quatuor eſſe conficienda, caloris & ſiccitatis, caloris & humoris, frigoris & ſiccitatis, frigoris demum & humoris, Atque etiam optima ratione corpora ſequi, quæ ſimplicia exiſtunt, ignem (inquam) aërem aquã, & terram, hæc Ariſtote. Sed quæ obſecro vis eſt, quæ cogat, ſi ſecundum hæc cõiugia poſſunt qualitates illæ copulari, ſecundum eadem inueniri in elementis? An non ſatis eſt poſſe hæc temperamenta inueniri. Immo vero inueniri re vera in omnibus miſtorum generibus, niſi in elementis etiam ita coniugatæ inueniãtur? Quæ optima ratio eſt, duplices illas intẽperies in omnibus elementis inueniri? An non melior eſt, aërem à quo homines & perfectiſsima animantia erant perpetuò perpeſſura, in agentium qualitatum nulla, mediocritate excedere, ſed temperatum eſſe, vt illa mediocriter efficeret. Ego quidẽ arbitror, atq; proinde ſentio, ꝙ in contro-

trouerſiis cõfirmaui, aerẽ neq; calidũ neq; frigidũ eſſe, ſed in hac oppoſitione tẽperatum. Nã præter dicta: quod aliqua qualitate eſt natura præditum, difficile trahitur ad contrariũ, ſed aëre nihil eſt quod citius mutetur, de calore ad frigus, & cõtra de frigore ad calorẽ, vſq; adeo vt eadem die calidus & frigidus, & vtrũq; impenſe frequenter ſit, ergo neq; calidus neq; frigidus eſt, ſed hæc ex dicto loco petãtur. Dicta enim à nobis hic ſunt vt ab ipſo autore obiter, & ſtrictim. Quod ad aliã dictionis partẽ attinet, qua dicitur calorẽ & frigus eſſe qualitates agẽtes, humorẽ & ſiccitatẽ patientes non dubito errare turpiter oẽs (inter quos eſt leonhartꝰ fuchſius in cõmẽtariis libelli primi de cauſis ſympto.) qui inter Ariſto. & Galenũ diſsidiũ volũt, nã dicũt Galenũ nõ omnẽ actionẽ tollere ab humore & ſiccitate, ſed illud vnũ dicere (dicit verò id. c. 6. primi de cauſis ſympto. & libello de inequali intẽperie & alibi millies) calorẽ & frigus eſſe qualitates efficaciſsimas, humorẽ, & ſiccitatẽ minus efficaces, tñ quãquã minus efficaces dicat, omnino ſine actiõe nõ dicere. Quaſi verò Ariſtoteles neget, aut quiſquam alius phyloſophus, qualitates has quatuor agentes eſſe omnes, ideſt ge-

Ariſt. & Gal. eodẽ modo ſentiũt de humore, & ſiccitate.

nerantes ſibi ſimiles, atq; humidum humectare p ſe, vt calidũ calefacit. An nõ de mutatione ignis in aërẽ ita ſcripſit Ariſt. c. 4. 2 de ortu & interitu, Ignis, ex quo aër prodibit, cõtrario altero ſolũ mutato, alterius em̃ calor & ſiccitas alteri⁹, vero calor & humor erat. Quamobrem ſi ab humore ſiccitas vincatur, aër exierit? Docet his verbis apertè Ariſtoteles humorem corrumpere ſiccitatem, & ſibi ſimilem qualitatem producere. Num neget Ariſtoteles, aut alius quilpiam, qui ſenſu non indigeat, atquam humectare ea quæ contingit? Non arbitror. Num neget aërem perinde facere? neque hoc neget. Si ergo aër quem calidum eſſe dicunt, aqua quæ frigida eſt, humectant ambo: humore humectant, idq; per ſe. nam ſi alterũ, faceret calore, alterũ non poſſet, quod frigidum eſt, aut etiam contrà. Ergo ſi res eadem & à calido & à frigido humectatur cum illis accedit humor, ab humore illud patitur per ſe, non à calore aut frigore. An cenſendum eſt Ariſtotelem tollere medicamenta humida tã tùm, & medicamenta tantùm ſicca? Certè nullatenus. Sed conſentaneum eſt Ariſtotelem aliud ſibi velle, cum humorem & ſiccitatem qualitates patientes dicit, quod illi

Alterius enarratio nis refutatio.

illi non intelligunt. hoc nos aperiemus, ſtatim vt conſtet Ariſtotelis ſententiæ veriſsime, nihil eſſe aduerſum apud Galenũ. Sed ignoſcẽdum puto leonharto fuchſio in re philoſophica. Sunt qui ab Ariſtotele nihil aliud dici intelligũt hoc in loco, quã calorem & frigus eſſe qualitates magis efficaces, humorem & ſiccitatem minus eoque, quanquam re vera omnes agẽtes ſint & patientes, dici tamen illas priores agentes, has vltimas, patientes. Sed hi falluntur nam hac ratione vt quæ citius, & plus agunt dicerentur agentes, ita quæ citius & plus paterentur, dicerentur patientes, conſtat tamen humorem & ſiccitatem vt minus & tardius agant, ita minus & tardius pati nam vt ſunt minoris actionis, ita ſunt minoris cõmutabilitatis, cõtra calor & frigus vt plus & citus agunt ita plus & citius patiũtur, nam vt ſunt maioris actionis ita ſunt minoris cõmutabilitatis, ergo calor, & frigus dicerentur iſta ratione agentes & patientes qualitates, humor & ſiccitas nec agentes nec patientes, nam inepte appellarentur patientes quę omnium minime patiuntur & tardiſsimè. Neq; minus abſurdum ſit dicere, calorem & frigus agentes eſſe qualitates quia generant non ſeipſas

Quædam enarratio refutatur

 modo

modo ſed etiam qualitates alterius oppoſitionis, puta calor ſiccitatem frigus humorem, non inquam hoc eſt minus abſurdũ, nam calor calorem generat per ſe & frigus aliud frigus, humorem & ſiccitatem non per ſe ex accidenti vero cõtrarium etiam contingit à ſiccitate nempe frigus fieri, & ab humore. Nullum ergo hac in re diſcrimen eſt conſtitutum, neq; hic eſt verborum Ariſtotelis ſenſus, neq; quiſquã alius quàm ille quem in ipſius litteræ enarratione tetigimus, videlicet cum omnia natura conſtantia conſtent calido, & frigido, humido & ſicco, cumque multas paſsiones ſubeant agentibus elementis in ſe ipſa mutuo: calor & frigus in illis paſsionibus omnem habent vim, & energiam: humidum & ſiccum eſt quod patitur quodq; calido & frigido ſubſtratum eſt vt materia. nam ſi quid coquitur, ſi quid putreſcit, ſi quid denſatur, liquatur, duratur, mollitur, aut tale aliquid patitur, hæc omnia fiunt, calore aut frigore, hoc aut illo modo, mouente, miſcente aut ſeparante, educente aut cogente, ſiccas aut humidas partes. Itaque humidum & ſiccum ſubſtrata ſunt calido & frigido vt materia. Huic expoſitioni nihil repugnat in Galeni placitis, quod in

Vera enarratio

ſequentibus magis adhuc confirmauimus, ſingularum paſsionum cauſas reddentes. hac ratione conſtat inter qualitates ipſas agentes, calorem eſſe maximè omnium efficacem, non quod alterum calorem citius generet, quam aliqua aliarum qualitatum ſibi ſimilem (non enim in hanc rem cauſa talis appellationis reiiciebatur) ſed quod in talibus paſsionibus miſtorum, ſemper fere eſt efficiens cauſa. nimirum calor naturalis rei, generat, coquit, nutrit, auget, vſque adeo vt à multis medicis eorum qui de controuerſiis medicis ſcribunt, diſputatum ſit, an in actionibus naturalibus frigus habeat energiam aliquam, an calor ſolus atque adeo à nobis ipſis in quinto libro controuerſiarum confirmatum ſit multis argumentis, nullas tales actiones eſſe frigoris per ſe. verum hac de re illic ſcripſimus & nonnihil fortaſſe audies in his quæ ſequuntur. modo illud vnum oportet declaretur, quanquàm frigus nullarum actionum, earum quæ aguntur facultatibus quibus gubernatur humanum corpus (nam de illis eſt in ea quæſtione ſermo) ſit perſe efficiens cauſa, tamen eſſe agentem qualitatem. facit enim alia

Frigus q[ua]litas agens eſt.

multa, nimirum denſat, durat, & alia quædam facit. humor vero & ſiccitas nunquã ſunt rebus, efficiendi, ſed patiendi principia, atque hæc ipſa cauſa eſt vt calor & frigus quanquam maioris actionis ſint, atq; vt alibi à nobis monſtratum eſt eadem ſit facultas agendi & reſiſtendi, atque ipſum agere ſit reſiſtere, facilius tamen vbi ſemel incipiunt vinci, cum contrariis qualitatibus commutentur, contra humor & ſiccitas difficilius, quia hæ vltimę accedunt magis ad materiam, quam illæ, idque natura ſua ac proinde ſunt in mõ ipſius ſubſtãtiæ, ille in tẽperamẽto magis, quare vt ex humida ſicca, aut ex ſicca humida res fiat pl⁹ patitur ſubſtãtia ipſa, quã vt ex calida frigida aut ex frigida calida. itaq; vt maioris molis eſt ipſum ſubſtãtiæ modum alterare, quã qualitates ſolas: ita facilius calorẽ & frigus commutari quã humorem & ſiccitatem.

HIS diffinitis explicãdũ certè actiones quibus operantur quæ agẽdi vim habent, & ſpecies eorum quæ patiendi.

Acce

ACCEPIT Ariſtoteles, q̄d alibi monſtrauerat nouas etiam addens cōfirmationes: qualitatum elementorum duas eſſe agentes duas patibiles. modo proponit ea, de quibus agendum eſt, Dicens, agendum eſſe ei in hoc opere de iis actionibus, quæ ab agentibus efficiantur, hoc eſt de earū affectionum generibus p̄ quas hæ agētes, & illæ patibiles qualitates dicuntur. Eſt vero agendum de generatione putredine, concoctione, duratione, mollitione, & ſimilibus. ex quib⁹ luce clarius patet interprete eodem Ariſtotele, humorem & ſiccitatem gratia talium paſsionū patibiles dici, vt antea explicauimus, nō ꝙ ſibi ſimiles generare nō poſsint.

PRincipio in vniuerſum ſimplex ortus, naturaliſq́ue mutatio, illarum facultatum opus eſt, &

quæ ei contraria conſtituitur naturalis corruptio. hæ ſane & ſtirpibus & animalibus, & illorũ partibus cõtingunt, ſimplex autẽ naturalisq́; ortus mutatio eſt, ab his facultatib⁹, cũ ꝓportionẽ obtinuerint ex materia, quæ cuiq; ſubijcitur naturę. Atq; hę facultates ſunt quas patibiles diximus. Calor autẽ & frigus materiã vincendo gignunt, ſed cum non vicerint per partes, leuis cõcoctio & cruditas prouenĩunt.

PRIMVM omniũ diſputat Ariſt. de ortu, & interitu rerum. meritò quidẽ. qñquidẽ oĩum p̄cipuæ ſunt hæ affectiones, quãq̃ fortaſſe putet aliquis oportuiſſe hoc in loco has omitti, quando quidẽ de ortu & interitu ꝓprio loco ab eodem

dē autore ſcriptū eſt. Cęterū intelligendū eſt ortus atq; adeo interitus bifariā rebus accidere, vel enim generatur res, ab agente aliquo violenter corrūpēte, rem ex qua ea gignitur (eſt enim ſemper ortus vnius alterius rei interitus) vt combuſto ligno fit ignis, aut generatur ſuapte natura ſine pręſentia agentis alicuius peculiaris quod per ſe illā generat, vt ex ſemine fit frutex, non enim prunus violenter prunū generat, vt ignis ignē. ſed p vim q̃ in ſemine reliquit, gratia cuius interitū ſeminis cōſecutus eſt pruni ortus. hic appellatur ſimpliciter ortus, & naturalis mutatio. interitus etiā rerū quidā ſunt à cauſa violēter corrūpente, vt cū domus vritur, aut hō trucidat᷑: quidā ſunt naturales, illi. ſ. ad quos dicūt philoſophi per ſuas internas cās res ipſas ſeſe deducere. In libris de ortu & interitu de illis in latiori appellatiōe diſputatū eſt, atq; adeo magis videbat᷑ ipſe ſermo violētas attingere rerū cōmutationes, hic vero de natura lib⁹ eſt diſputatio, vt vel hinc cōſtet quāto meli⁹ liber hic cohereat cū. 2. de ortu & interitu quam cum tertio meteorōn. Verum habent nonnulla diſtincto opus. Primum qua ratione ſeparet Ariſtoteles ortum ab interitu, ſi omnis ortus eſt interitus. Dein

de quor=

de quorſum dicit eſſe agendum de ortu, & interitu naturali, quādoquidē null⁹ ortus videtur poſſe eſſe violentus rei quæ generatur, neq; aliquis interitus nō violētus rei q̄ corrūpitur? ſcire licet quāquā nihil generari poſsit niſi cū rei alterius interitu, & quāquā mutatiōe vnica hoc generet̃ & illud intereat, tñ cū mutatiōe fert̃ res in formā perfectiorē ea, quā amittit, illa mutatio ortus dicitur, cū corrupta pfectiori forma in imperfectiorē labit̃, dicitur interitus. vt ortu quodā ex ſemine fit plāta: nimirū fit pfectione ſubſtantiæ, ex homine vermes interitu quodā imperfectione nimirū ſubſtantiæ (quanquā in uermiū ortu nō nulla cōcoctio eſt ꝙ ſtatim explicaturi ſumus) ꝙ verò aliquis rerū ortus naturalis dicatur quaſi non oīs naturalis ſit, minus eſt mirū. Nā res naturalis nō ſimpliciter dicit̃ & vniuocè ſed multifariā: eſt naturale ꝙ nō violentū eſt, q̄ ratione oīs ortus, naturalis eſt rei genitæ. nimirū ad ortū, id qđ patitur, id eſt generatur, ſemper cōfert vim, cauſa materię, q̄ ſemper appetit nouas formas. Tamē naturalę etiā dicitur ꝙ non caſu fit, & q a ita contingit, ſed quia legitime & iuxta rei naturā. hac rōne ortuum quidā ſunt naturales, quidā nō naturales, vt ex ligno ig

nis

nis factus eſt, quia cõtingit in ignẽ mitti, tñ ex muſto vinũ, & ex pomi nutrimẽto ſemẽ & rurſus ex ſemine frutex, nõ caſu, ſed q̃a ea eſt rei natura, vt cũ hæc ſubſtãtia perfectionem comparat, illud ex ea fiat. de illis rerum commutationibus quę caſu quodã & violenter aguntur diſſeruit, Ariſtoteles libro de ortu & interitu, in hoc opere diſſerit de naturali rerum ortu. Hi naturales ortus fiunt cum ea res ex qua ſecundũ naturam res alia parata eſt fieri perfectionẽ accipit. conſtat verò hanc perfectionem, quæcunque ea ſit, iuxta dicta paulo ante, fieri à qualitatibus agentibus, & rem perfectionis illius eſſe capacem per patibiles, gratia cuius illas qualitates calorem ſcilicet frigus humorem & ſiccitatem, ſatis ſignificanter appellat Ariſtoteles modo, nõ qualitates, ſed facultates. Nõ quidem quãtum ſuſpicor, quod facultas illa generandi in ſemine calor ſit aut frigus, & potentia ſeminis patiendi ſit humor aut ſiccitas, ſed ꝙ ex illorum proportione pendeat. Nam aliter & facultates concoctrices dicas nihil aliud eſſe quam calorem. Quanquam neq; ſi hoc dicas poſsis euidenter conuinci, neq; ſi quiduis aliud de hac re. Nam de ſubſtantia facultatum vt Gale. milies dixit

nulla

nulla poteſt inueniri euidens ratio. Illud vnũ euidenter ſe ſcire Galenus profitetur, quod ex Ariſtotele accipiendum eſt, facultates tam agendi quam patiẽdi ex temperamento pendere nam omnes pereunt cum tẽperamento verißimũ etiam eſt, qđ Ariſtoteles confirmauit agentiũ facultatũ inſtrumenta propria eſſe calorẽ & frigus: Paßiones vero rerũ in humidi & ſicci cõmutatione conſiſtere. Quas itaq; qualitates paulo ante appellauerat elementorum cauſas, appellat modo rerum facultates. Itaq; ortus aut corruptiones rerum naturales (vt aliæ omnes mixtorum paßiones de quibus loquuturi ſumus) fiũt calore & frigore mouentibus, aut illorũ altero: humido & ſicco motis, proinde hæc duo dicit Ariſt. ſubſtrata eſſe illis vt materiã. Nimirũ calidum & frigidũ habent vicẽ artificis, humidũ & ſiccum materiæ. Ergo cũ calor & frigus materiam vincunt, & elaborant vt oportet, ita continent moderanturq; vt neq; humidũ exorbitet, neq; areſcat res neq; ambo diſſoluantur. maturatur res perficiturque & in formã mutatur meliorem quæ ex illa erat apta generari. Quũ non bene continentur patibiles ab agentibus, accidunt leuis cõcectio aut cruditas, quæ ſu

bſtantiæ

bſtantię ſunt imperfectionis modi. Sed de iis ſtatim habebitur ſermo. interitus alia ratione videtur dici naturalis à philoſophis quã ortus, ſcilicet, vt ſenectus naturalis eſſe põt, quæ ſine morbo eſt ſed in quã ſecũdum naturã homines veniunt, põt etiam præter naturã eſſe q̃ ſcilicet ex morbo eſt qualis ſolet ſuccedere hecticis febrib⁹ poſt refrigerationem: ita mors quoq; iuxta illorũ ſententiã violenta eſſe videtur, q̃ ex causa quapiã externa aut morbo accidit, naturalis, q̃ ſine his oĩb⁹ fit, à ſolis internis principiis rei, Huius ſententiæ fuit ꝓcul=dubio Plato qui in dialogo de natura ita reliquit ſcriptũ quicquid enim contra na=turã fit moleſtũ, quod autem pro rei natura iocundum, ſimiliter & mors quã morbi & vulnera intulerunt violenta eſt atq; moleſta, quæ vero ſenio paulatim ad finẽ deducente naturaliter ſurripit inter om=nia mortis genera leuiſsima eſt & cum voluptate potius quam dolore fit. hæc Plato. Quibus verbis aperte ſignificat interitum naturalem nulla cum violentia fieri nullo cum morbo, eoque neque cum dolore quopiã. in cuius ſententia viſus eſt acquieſcere Ariſtoteles qui libello de ſpira=tione, ita ſcripſit, & certe obitus alter violen-

mors q… naturalis. preter n…

violentus alter naturalis eſt, hic infligitur cum origo intrinſecus capitur, ille cum extrinſecus & talis pulmonum habitus & ſiccitas ex principio cauſaq; eſt naturali neq; vitiũ aduentitiũ decumbit. paulo infra in eodẽ libello, ob eãq; cauſam (inquit) mors quam confecta ætate homines obeunt dolore vacat. vides Ariſtotelem dicere omnino ſine vitio aduentitio à cauſa interna & naturali fieri obitum. Quam eandem ſententiam inuenias in hypocratis ſcriptis. Alicubi quidem, ita dictum eſt calor idem nos conficit, qui nos generauit, alibi vero ita, vna natura eſſe & non eſſe, quæ verba ego in eandem, ac priora illa, ſententiam interpretor. Itaque omnes hi autores videntur opinari calorem naturalem propriam materiam deuaſtare, atq; ita temporis proceſſu conſumptione humidi ſeſe interimere, quæ tamẽ ſentẽtia falſa eſt apperte, vt Galenus mõſtrat libello quem de marcore ſcripſit. Idque hac ratione, calor naturalis rei cuiuſcunq; conſeruat nutrit auget & perficit rem cuius eſt, non ergo idem calor conſumit, qui conſeruat, & pugnat contra cauſas conſumentes, ergo calor qui conſumit præter naturam eſt non naturalis, Nam ſi hominis membra ab ambiente

Calor naturalis nõ conſumit humidum proprium

hęc omo perficit, dum sibi ambiente [illegible]

biente nihil diſsiparentur, & calor naturalis nihil exorbitaret à mediocritate (exorbitat vero ſtatim per inediam, calore mēbrorum vrente excrementa, & excrementis recalfacientibus membra) certè quanquā corpus contineretur perpetuo ſine cibo, nihil minueretur. nam naturalis calor, ſi naturalis prorſum ſit, potius conſeruet, & pugnet cōtra morborum cauſas, quam cōſumat. Neque vero potes dicere (quod plerique dicunt incaute) calorem naturalem ex accidenti corrumpere. nam nihil operatur ex accidenti, niſi aliquid aliud agendo per ſe. Quid ergo facit naturalis calor in membris per ſe vt conſumat humorem? Calfacit? Non certe: nam nullus calor poteſt calfacere materiá propriam. Quid ergo? Certe nihil potes dicere, niſi vis calorem naturalem quia per ſe conſeruat, ex accidenti corrumpere, quod eſt ridiculum caloris non naturalis & ignei eſt alia ratio, hic enim per ſe conſumit corpora omnia præparatq; ad naturam ignis quia igneus eſt, & rebus illis in quibus concipitur eſt præter naturam (nam ignem ipſum purum non conſumit calor igneus) calor vero naturalis hominis non eſt igneus, ſed proprius quidam illius calor, & naturalis

illi, non minus quã puro igni ſuus igneus. Proinde non cõſumit ſed conſeruat. Quare mortem nõ puto fieri ſine morbo quopiam, neq; vero id ſolum dicimus, cũ morimur habere nos morbum aliquem (id enim manifeſtum eſt per ſe cum neq; momento tẽporis viuere poſsimus ſine morbo, ſi quis rigide & vt ſolent phyloſophi diſputet) vt Galenus monſtrat. p. de tuenda valetudine ex iis quæ perpetuo nos alterant & ex recrementis quæ neceſſario ex omni concoctione proueniunt argumentatus) ſed etiam interitus ipſius morbum eſſe effectricem cauſam, non enim ſit cauſa calor naturalis vt modo diximus. Vnde fit (id quod eſt per ſe admodum rationi cõſonum) nullam rem ſe ipſam interimere, quin potius omnibus rebus eſſe interitũ violentum. Verum roges numquid & ſenectus eſt præter naturam, vt mors? Videtur enim conſequens, cum ſenectus ex iuuentute fiat extincto calore & cõſumpto humore, quæ à calore naturali dictà ratione nõ fient, ſed à violenta cauſa. Non certe eſt omnino eadem ratio ſenectutis, & mortis quinimo, ſenectus naturalis eſt, vt & omnis mutatio quæ ſecundum naturam fit. Nam ipſe calor ſeipſum ad

Nulla mors eſt naturalis

[handwritten margin note:] ... quens mors

ſene-

[handwritten:] ex accidenti etiam, cauſa eſt mortis. ...

ſenectutem ex accidēti adigit, tamē nulla res naturalis ſe ipſam interficit, ſed aliæ alias. Sed neq; ad ſenectutē adigit corpus calor naturalis cōſumendo membrorū humorē (id enim nō faciet cū conſeruet) ſed generādo humidū aduentitiū, loco eius ꝙ perpetuò diſſoluitur (diſſoluitur verò non à calore naturali vt monuim⁹, ſed à rebus quę à medicis appellātur nō naturales, quę ꝑpetuo nos alterāt, cuiuſmodi ſunt aër ambiēs motus & quies, eaq; animi aut corporis, cibus & potus, ſomnus & vigilia, quæ excernūtur aut retinētur) id verò aduentitiū humidū, non pōt tam naturali & bono humore prędītū eſſe quā innatū qđ periit. Nā nihil fit alteri tam naturale propriūq; quā idem ſibi, neceſſe igitur eſt corpus perpetuò exſiccari, eamq; ſiccitatē fieri rebus quæ perpetuo nos alterant diſſoluentibus noſtra mēbra & noſtro calore ſiccius ſemper alimentū reponente loco humidioris quod effluxit. Mors verò aut diſſolutio vltima à cauſis quæ nos alterant fit, calor naturalis eo tēpore neq; per ſe neq; ex accidenti quidquam agit, ſed patitur, diſsipatur enim & diſſoluitur. Cauſæ tamē neceſſariò alterantes quæ non naturales dicuntur, quia ſunt ancipitis naturæ, cum proſunt

fiunt cauſæ naturales cum nocent morborum, quia non aliter poſſunt nocere quam affectionem aliquam præter naturam in corpore generando, ergo mors omnis à morbo fit, quare & præter naturam. Sed ſi ita eſt, vt videmúr monſtraſſe, qua ratione dicitur interitus naturalis ab Ariſtotele: atque adeo à Platone & aliis omnibus philoſophis? Non quidem dicitur naturalis, ideſt ſine morbo, aut à cauſis naturalibus factus, ſed naturalis dicitur, ideſt cauſas ſecundum rerum naturam operantes neceſſario conſequens. Scilicet neceſſario corpora abortu ad interitum ſiccantur, ſiccationem neceſſario cōſequitur diminutio caloris naturalis. Ergo neceſſario calor naturalis ad eum ſtatum paulatim venit vt à leuiſsima etiam alteratione quæ extrinſecus accedat, diſsipetur, quoniam vero cū in eum ſtatum calidum innatum venit, minima alteratio eſt quæ diſſolutionem facit, & præter hæc ſenſus animātis eo in ſtatu ſunt hebetiſsimi, fit interitus ille omniū maximè moleſtia carens, vt dicit Galenus 1. de differ. feb. cap. 12. tamen omnino ſine moleſtia aut cum voluptate vt dixit Plato nullum interitum puto poſſe fieri. Sed præter hæc ex iis mutationibus quæ circa noſtrum

Mors quo modo dici poſsit naturalis.

ſtrum corpus contingunt poſsis intelligere luce clarius, halucinari hac in parte phyloſophos, dicentes calidum innatum conſumere proprium humidum, ſiue per ſe dicant, ſiue ex accidenti. Nam opporteret, in hyeme maximam fieri corporum diſsipationem, cum calidum innatum intenſiſsimum eſt: tamen cõtra fit, in hyeme fit minima, quia ambiens eſt frigidum, & calidũ innatum potius conſeruat quam conſumat, æſtate vero fit maxima diſsipatio, quia externus calor qui diſsipat eſt multus internus quem opportuit humorem naturalem conſeruare eſt debilis. Quod verò ſenes facillime ferunt ieiunia pueri difficillime, cauſa eſt non ꝙ calor naturalis ſenũ ſit minimus, horum verò maximus, ſed quod corpora ſunt duriſsima & diſsipatu difficillima, puerorum molliſsima & facillima. quod in commentariis aphoriſmorũ deo concedente latius explicauimus. Res vero externę neceſſario nos alterant, atq; perpetuo, cum quæ contraria aliquatenus ſunt, & vicina, neceſſario à ſeipſis patiantur mutuo. Ergo interitus naturalis dicitur quia neceſſario opperantes cauſas conſequitur, & neceſſario fit, non à malo quopiam, quod caſu ingruat, hac in re lapſus

etiam Galenus eſt, qui libello de marcore, cum calorẽ naturalẽ non cõſumere humorem naturalẽ contra philoſophos rectè demonſtraſſet, conſequens putauit, mortis neceſsitatem non poſſe monſtrari, ſed inductione cognoſci, atq; adeo aſſertionem hanc Ariſtotelis, omne generabile eſt corruptibile, indemonſtrabilem eſſe dixit experimento tantum cognitam. Tamen re vera illa habet euidentiam quam diximus De hac re latius diſputauimus in primo capite libri ſexti controuerſiarum medicarũ monſtrantes non poſſe mortem deuitari per artem tuendę valetudinis, itaq; omnis diſsipatio à violenta cauſa eſt non à calore naturali. Quare multo magis mors eſt violenta. Sed de his ſatis: quoniam vero ab Ariſtotele dictum eſt, calidum & frigidum materiam vincendo gignunt, non poſſumus hic præterire quæſtionẽ philoſophis & medicis cõmunẽ, an calor & frigus generare poſsint. Quanq̃ mihi non eſt agitãda, ea quæſtio vt à plerisq;, qui primũ omniũ diſputant, an accidens poſsit generare eam formam, quam modo ſubſtantialem dicunt, cum id ei repugnet, deinde an humor & ſiccitas poſsint generare: & in his quęſtionibus, quiuis eorum, quos vſus

iam

iam fecit phyloſophos appellari, loquitur vt lubet, vtuntur rationibus quibuſdam nihil monſtrantibus, ſed procedentibus vſq; ad veriſsimilitudinem quādam, nihil habētem firmitudinis. Ego vero in prima quęſtiuncula ijs qui in meis commentariis verſaturi ſunt, permitto vtcunq; opinari. Nam ſiue dicas calorem poſſe ignem generare propria vi, & vt præcipuam efficiētemq; cauſam, ſiue vi aliena, & vt inſtrumētum, ſiue calorē vi propria diſpoſitiones conſeruantes corrumpere, & formam ex accidēti pullulare, à nullo peculiari agente genitam, ſiue aliter, nihil repugno, cùm quia haud ſcio an id poſsit aperte ſatis diiudicari: tum etiam: quia ad præſens inſtitutum nihil agit. Nam quicquid ſit illud ſatis conſtat, agentibus calore frigore humore aut ſiccitate ſubſtantiarū formas generari, & corrumpi (ſi modo res ſpecie differunt, ac non potius omnia vnum ſunt) fiat autem illud ex accidenti an per ſe non conſtat. Deinde in memoriam reuocari opportet, quod nuper diximus, hic non agere Ariſtotelem de generationibus & corruptionib' iis, quas violētas appellauimus, ſed de iis quas naturales. Generationē ergo violentā (explicuimus

quam violentā appellaremus) non dubiū eſt ab humore & ſiccitate agi, nōn minus quā à calore & frigore. Oſtēſum enim etiā eſt humorem & ſiccitatem eſſe qualitates agentes id eſt generātes ſimiles ſui, vt ergo aqua calore ignis corrumpitur, & vt eodē calore ignis generatur, ita à ſiccitate terræ poſſet aqua corrumpi, & poſsit terra generari, ortus autem rerum minimè violenti omnes fiunt per maturationem in eos verò, vt neq; in omnes naturales commutationes miſtorum, neq; humor neque ſiccitas concurrunt, vt agentes ſed vt patibilia, & terminabilia, cæterum ad concoctionē neque frigus concurrit vt efficiens cauſa (concoctio enim à calore innato agitur) quoniam vero generationes illæ non fiūt ſolum cocta vtili portione materiæ, ſed ſimul alia parte denſata aut coagulata, alia rarefacta, diſpoſitiſque his omnibus vt oportet, & aliquot harum actionum, quæ non ſunt altricis animæ, ſed naturæ (appello actiones naturæ eas quas poſsis in omnibus natura conſtantibus reperire, nō ſolum in uiuentibus) à frigore fiunt, contingit calidum ſimul & frigidum in opus incumbere, & humorem & ſiccitatem terminari ac miſceri, ſic, aut aliter, dum fiunt,

fiunt, naturales rerum ortus, quales ex arbore fructus, ex fructu ſemen infecundũ, ex in fæcundo fęcundum, ex ſemine planta, & rurſum hęc ipſa ex ſe ipſis habẽt. Sed quoniam dictis, ex iis quę dicentur de cõcoctione accedet multa perſpicuitas, modo hæc ſunt ſatis.

SImplici ortui contrarium maximè cõmune eſt putredo: nam omnis naturalis corruptio, ad ipſam via eſt, cuiuſmodi ſenectus & ariditas ſunt. Caries enim finis eſt omnium, quæ natura cõſtant, niſi quidpiam vi corrumpatur. Si quidem licet carnem & os deurere & quodcunq; eorum quibus finis naturalis interitus eſt putredo.

DIXERAT hactenus Ariſtoteles de ortu naturali rerum, modo incipit diſſerere de putredine quia res maximè contraria & cõmunis ortui eſt putredo. Dicitur verò putredo contraria non generationi ſimpliciter, ita enim corruptio conſtitueretur contraria, quia vt non agitur in hoc opere de ortu quocunque ſed de miſtorum ortu naturali, ita non opportuit hic agi de interitu ſimpliciter, ſed de eo interitus modo qui miſtis proprius eſt, cum naturaliter intereunt, is vero eſt putredo. Omnia enim miſta niſi violenter corrumpantur, vt combuſta ab igne, veniunt ad interitum per putredinem, & ita omne genus naturalis interitus eſt via ad putredinem. Dicitur hic Ariſtoteli genus naturalis interitus, qui eſt via ad putredinem, non ipſe interitus, aut ipſa corruptio (non enim interitus naturalis eſt ante putredinem, ſed putredo ante corruptionem, cum ſtatim dicat, finis naturalis eſt corruptio) ſed ea corporis confectio quæ ad interitum naturalem deducit, cuiuſmodi ſenectus, & ariditas, ſenectus

ctus

ctus eſt extrema animalium ætas, quę interitui naturali eſt vicina, ariditas ſiue marcor eſt, quaſi rerum aliarũ ſenectus, ea enim omnia cum naturaliter iam conficiũtur marceſcunt, ſed num quid omnia miſta per putredinem pereunt? Homo ergo cũ naturaliter moritur putreſcit, at vero id videtur plane falſum, cadauera em̃ putreſcunt ſi aliquáto tẽpore ſeruentur inhumata. ſ. per abſentiá animæ & corruptionem facultatũ naturaliũ, calor carniũ oſium & & cartilaginũ euincitur ab externo, tamẽ antequam anima exalet, corpus nõ eſt putre, id quod vel fætor ſignificat euidenter (fætor enim eſt proprium accidens putredinis, qui vt exuperat ita plus aut minus eſſe proceſſum in putredine oſtendit vt dicit Galen. 1. prognoſti. comm. vltimo & 5. de ſimp. medica. facul. cap. 14.) nam cadauera non incipiunt fætere magna ex parte ante ſecundum diem poſtquam anima exhalauit. Scire licet hominẽ atque adeo animal quodcunq; aliud antequá naturaliter moriatur, incipere putreſcere, nã ſenectus ipſa ad hanc eſt via. Siquidem langueſcit calor per ſenectutem, ad extremum ad eum peruenit langorem vt ab externo diſsipetur. Tamen omnia non

ſuſti=

ſuſtinet tantam corruptionem. Immo antequam in putredine multum procedatur exhalat, quare ſiquis fætor, in hominum naturaliter pereuntium corporibus ante interitum ſentitur is plane eſt excrementorum, quę prodeunt per ſenſibilem exhalationem qua ceſante, cũ refrigeratur corpus, ceſſat fætor, vſque dum, membra ipſa iam ad manifeſtam veniunt putredinem, tunc enim excitari incipit fætor quidam priori grauior. Atq; hęc eſt putredo quam finem interitus eſſe dixit omnibus corporibus, miſtis ſcilicet & homogeneis ſiue ſimilaribus niſi ea vi corrumpantur, hoc ergo eſt quod dixit, ſi quidem licet carnem, & os & quoduis deurere eorum quibus (ſunt autem hæc corpora ſimplicia ſeu ſimilium partium) finis naturalis interitus eſt putredo, his ergo verbis inſinuat Ariſtoteles priora illa, putredo finis eſt omnium, quæ natura conſtituantur, intelligi debere omnium rerum ſimplicium ſiue partium ſimilarium nimirum omniũ partium cuiuſuis animantis corruptio per putredinem fit, anima tamen ipſa putrediné non ſubſtinet ſpectare, ſed à ſola ea alteratione, quæ ad illam eſt via corrumpitur, aut ſoluitur, quod fortaſsis intelligens Alcyonius,

cyonius, qui mihi videtur pro ſuo arbitratu verba Ariſtotelis plerunq; trãsferre reddidit, & quoduis ſimilare, ſenſum ſane exprimens tamen addens dictionem illam ſimilare quæ in græco codice non eſt, quare ego malo illam explicando ſupplerique legendo addi, quæ partes ſint ſimplices & quæ multiformes dicetur in commentatione decimi capitis. Illud modo oportet diffiniri, quáquam putredo ſit modus naturalis interitus miſtorum homogeneòrum, non tamen putredinem omnem talem eſſe, multa enim intempeſtiue putreſcentia interitu præter naturam conficiuntur, vt cum os aliquod carie afficitur, aut caro cauſa malignę fluxionis putreſcit, & vt vinum aliquod aceſcit, non vltra ſuam ætatem ſeruatum, ſed quod calido in loco repoſitum ſit, itaque quæcũque mixta naturaliter intereunt, putreſcunt, non tamẽ quæcunque putreſcũt naturaliter intereũt ſed quædam iam naturaliter putreſcunt, quædam non naturaliter, tamen alteratio eadem eſt quæ his & illis contingit, & putredinis modus idem, eſt enim ambabus eadem forma & ratio putredinis ſiue naturaliter ſiue pręter naturam fiat, vt ſermo hic præcedens monſtrabit: ſed modo exẽplo

plo manifeſtetur, carnes bubulę gratia exē pli ſeruari poſſunt dies decem imputridę, decimo die naturaliter putreſcunt, tamen ſi in loco calido & humido inperſpirabili reponantur, & attrectentur, (ſi ita lubet] manibus, vno die putreſcant, nō quidem naturaliter ſed ex erratis, tamen ipſe ſenſus iudicat eandem prorſus paſsionem in hoc fruſtro carnis eſſe naturaliter decem diebus factam, quæ eſt in illo præter naturam facta vnico die. Decrrant ergo multi medici aſſerentes de alia putredine diſſerere hic Ariſtotelem, atque de alia Galenum vbi de ſuccorum, aut excrementorum, aut membrorum putredine diſputat, eo quòd hic de putredine quæ eſt naturalis interitus ſit diſputatio, apud illum de putredine quæ fit per morbos. Cæterum quamquam rectè videamur oſtendiſſe putredinem eſſe rerum interitum. Nondum videtur Ariſtoteles, vere dixiſſe putredinem eſſe maximè contrariam ortui. Nam ne contraria quidem videtur eſſe, cum putredo contraria ſit concoctioni, concoctio vero diuerſa ab ortu ſit. Cum itaque iuxta contrariorum legem vnum non poſsit eſſe pluribus

contra-

contrarium: non poterit putredo con=
traria eſſe ortui & concoctioni. Eſſe ta=
men concoctioni contrariam intelli-
ges, cum ex earum finitionibus, tum
etiam ex lege contrariorum. putredo vt
dicemus ſtatim eſt corruptio caloris na-
tiui in quouis humore, concoctio eſt per
fectio caloris natiui in oppoſitis paſsiuis
humore ſcilicet & ſiccitate, conſtat ergo
rationes has eſſe contrarias, præterea con
traria ſunt quæ eidem inſunt viciſim &
mutuo ſeſe expellunt, ſed concoctio &
putredo ita ſe habent, concoctio ſcili-
cet cohibet, & emendant putredinem,
& putredo concoctionis perfectionem
tollit. Ita capit. octuageſimonono. artis
medicinar. Galen. inquit concoctionem
putredinem finire. Itaque videtur pu=
tredo contraria concoctioni non gene=
rationi. Animaduertendum hic erit pu=
tredinem & concoctionem per ſe non eſ=
ſe ortum aut interitum, ſed alterationes
quaſdam, eas verò ſecundum ſubſtan=
tiam. Alterationum enim, quædam ſunt,
per quas ſecundum ſubſtantiæ partes ni=
hil mutatur, id quod alteratur, ſed ſe=
cundum qualitates, hæ ſunt calefactio
refrige=

refrigeratio, dealbatio denigratio, hæ eñ non ſunt mutationes modi ſubſtantiæ, neque enim hæ facere poſſunt per ſe, mitto id quod ex accidenti poteſt eſſe adiunctum, aut conſequens, ſubſtantiam eſſe tenuiorem aut magis craſſam, rariorem aut aut denſiorem: molliorem aut duriorem, partium bene aut male permiſtarum [hæc enim accidentia conſtituunt modum ſubſtantiæ de quo ſolet Galenus ſæpe loqui] quædam aliæ alterationes ſunt quæ mutant modum ſubſtantię. Tales ſunt putredo concoctio & reliquæ de quibus hoc in libello diſſerit Ariſtoteles, quo pacto harum quælibet commutet ſubſtantiam procedens ſermo demõſtrabit, modo hoc eſt addendum dictis, quanquàm putredo & concoctio alterationes ſint, non ortus aut interitus (multa enim putreſcunt reuera atque adeo vt emendari non poſsint quippe grauiter iam fætent, antequam ſubſtantiã & formã exuiſſe putentur) tamen quia ſecundum ſubſtantiam alterationes ſunt, atque adeo, quę omnium alterationũ penitiſsime ſubſtantiam commutant, ſi aliquantus in iis proceſſus ſit, ac non cito cohibentur facile concoctio finitur in generationem, & putredo in interitum. Vt ergo in

go interitus per putredinem fit, ita naturalis ortus concoctione quadam agitur, nimirum concoctione quadam ex ſemine fit frutex. Ergo quanquàm putredinem cōcoctioni eſſe contrariam confirmauimus, eſt putredo contraria ortui quia vt putredo eſt interitus, ita concoctio eſt ortus, quod ſi exactius vis diſtinguere, ac ortum & interitum fines concoctionis & putredinis dicere (ita enim cap. 2. Ariſtotelem ipſum dicentem audies, concoctionis enim finis nonnullis in rebus ad ſubſtratam quandam formam eſt, pores interitum ortui & putredinem concoctioni cōtrariam conſtituere de concoctione cap. 2. ſumus dicturi multa. Vbi illud quoque declarabimus quomodo cruditas concoctioni cōtraria ſit, cum contraria putredini ſit conſtituta modo de putredine diſputemus.

Naturalis ortus concoctione quadā agitur.

QVAM obrē quæ putreſiunt primum humeſcunt, demum ſiccitatem cōtrahunt ab his enim formata ſunt & ſiccitas humi-

do circunſcribitur ijs quæ vim agendi habent operantibus, interitus quidem contingit cum id quod finibus deſcribitur, id vicerit, quod finibus deſcribit propter ipſam rem continentē.

DIctum paulo antea eſt & quando res exigit, modo dicetur iterum calorem & frigus agētes qualitates eſſe earum paſsionum, quæ in miſtis fiunt, quod vt clarius euadat, ſcire licet omnia miſta ex calido frigido humido & ſicco, quæ ignis aëris terræ & aquæ ſunt virtutes conſtare, ſatius autem eſt, vt. 8. de placitis Hippo. & Platonis à Galeno dicitur, affirmare illa conſtare ex calido frigido humido, & ſicco, quā igne, aëre, terra, & aqua, quia vt à nobis primo cap. lib. 1. con. monſtratum eſt, non conſtant miſta ex his proprias formas retinentibus, ſed ſeruatis ſolis virtutibus. Verū & ſi in mixto ignis nullus, & nulla aqua ſit, ſunt partes igneæ aqueæ terreę, & aëreæ,

& aëreæ, quarum cõmiſtione accidit ortus naturalis rerum, diſſolutione accidit naturalis interitus. In his calidũ & frigidũ ſunt quæ mouẽt & miſcent, humidum & ſiccũ quæ mouentur, miſtionẽ tamen hãc, quæ perfecta eſt, quia terminatur in vnicam formam & ſubſtantiam, calidum facit per ſe, frigidum enim pauca quædam efficere poteſt per ſe cuiuſmodi coagulationem aut denſationem, aliorum omnium ex accidenti eſt cauſa. Calidum ergo cum vincit patibilia primũ cùm tam potẽs eſt, vt poſsit illa cohercere vt oportet, illa continet in miſtione, eo debilitato diſſoluuntur. Eſt hoc innatum calidum rei cuiuſcunque, de quo paulo ante locuti ſumus, quodque diximus maxime hoc habere propriũ (quod ab ignei caloris natura eſt alieniſsimum) humorem innatum conſeruare, proinde in humido proprio rerum (ſolet enim eſſe in rebus aliis humor alienus) maximè viget calor naturalis, atq; ea ſubſtantia cuius hæ qualitates ſunt, eſt quod innatum humidum appellatur, aut innatum calidum. Vt hinc iam apertiſsime intelligas quid innatum calidum multis in locis appellent hippo, & Galenus. Calor rei alicuius corrumpi

Calidũ innatũ quid ſit.

Calor quot modis corrumpatur

ſolet aut à frigore eſtq; e ea corruptio fa-
cta per diſsipationem, maior enim calor
minorem diſsipat, non aliter ac maior fla
ma minorem, ita extinguuntur ardentes fa
ces ad ſolem poſitæ, & candelæ ad ignem.
Nimirum maior calor minorem verſus ſe
ſe extrahit, atq; ita diſpergit, ac diſsipat, cũ
ergo rei cuiuſpiã calor ab ambiẽtis rei calo
re talẽ ſubit paſsionẽ, fit vt calidũ innatũ
diſsipetur, extrahaturq;, & ita calor natu
ralis langueſcat, proindeq; male coherceat
humidũ, ne exorbitet, vtraq; ergo de cau-
ſa & quia à calore non cohibetur, vt pote
non potente miſcere, & quia conſequitur
extractum calorem, humor incipit exor-
bitare, eſtq; paſsio quam modo deſcripſi
putredo, hoc eſt quod ab Ariſtotele dici-
tur, intteritus contingit, quotieſcunque id
quod finibus deſcribitur, id vicerit, quod
finibus deſcibit, propter ipſam rem conti
nentem conſequens ergo eſt vt humidum
in contentum & cutem verſus tractum ex
halet cito, diſsipante potiſsimum hac ipſa
cauſa quæ extraxit, hinc fit vt quæ putreſ-
cunt primum quidem humidiora fiant,
tandem vero redigantur in cineres. Hoc
eſt quod dicit.

Enimue-

ENimuero putredo in ijs propriè dicitur, quę per partes corrumpuntur cum à ſua ipſorum natura diſtrata ſunt. Id circo reliqua etiam omnia vno igne excepto in putredinem delabuntur. Terra enim, & aqua & aer putreſcunt, omnia enim hæc igni materia ſubſternuntur.

QVidam verba illa, enimuero putredo in ijs propie dicitur, quæ per partes corrumpuntur, cum à ſua ipſorum natura diſtracta ſunt, coniungunt cũ ſequentibus verbis cum his ſcilicet, id circo reliqua etiam omnia igne excepto in putredinem delabuntur. atque interpretãtur, termenem hunc eſſe de modo quo elementa poſſunt putreſcere: & Ariſtotelem innuere elementa pura non poſſe putreſcere, ſed tunc ſolum cum partim corrumpuntur, & à ſua natura diſtracta ſunt. i. à

ſua puritate, idcirco reliqua omnia ele-
menta poſſe putreſcere, dempto vno igne
eo ꝙ hic ſolus purus ſincerusq́; neceſſario
ſit. Cæterum duo mihi videntur hi aſſere-
re falſa, alterum, verba priora eſſe de ele-
mẽtis, alterum ignem neceſſario eſſe purũ
elementum. Nam cum antecedentia ver-
ba nullatenus de elementis quicquam cõ-
tinuerint, & Ariſt. non in hoc cap. ſolum
ſed in toto libello agit de miſtorum paſ-
ſionibus, quomodo nunc libenter intelli-
gunt verba illa de elementis eſſe prolata?
Iam vero ignem quo vtimur, in quo nobis
periculum faciendum erat, an putreſceret,
purum elementum eſſe longiſsime abeſt à
veritate, nam flama eſt denſior & multis
fuliginibus plena, prunis vero quam mul
tum eſt admiſtum terreæ ſubſtantiæ. Cer
te elementa pura, quantum ego intelligo,
tam longe abeſt vt ſint, vt poſſint ne eſſe
an non mihi videatur ſcitu difficilimum,
Plato ſane in dialogo de natura inquit ele
mẽtũ nõ debere dici hoc aliquid, ſed qua
le quid, quia nullibi eſt aër aut aqua aut ter
ra aut ignis, ſed aëreum aqueum terreum
aut igneum. Vt hac ratione quam pluri-
mũ videãtur qualitatũ naturam imitari.
Itaq; illud vnũ veriſsimũ eſſe puto nullũ
ele-

Nullũ ele mentũ pu rum eſt.

elementũ eſſe purũ. Illud nõ minus verũ eſſe cenſeo, ſi quodpiã elementũ purũ eſſet putreſcere nõ poſſe, ſed putredinẽ paſſionẽ eſſe miſtorũ, atq; elemẽta quę putreſcũt cũ pura nõ ſint, ratione miſtionis, cuius ſunt participia, id pati. Nam illa ex binis qualitatibus ſolum conſtant, non ſunt genita miſtione humidi cũ ſicco, quare neq; illorũ ſeparatione corrũpi poſſunt aut cõcurſu generari. Neq; certe elemẽta pura habẽt ortũ aut interitũ naturalẽ (paſsiones enim hæ miſtorũ ſunt) ſed perpetuo ſunt in cõmutatione violẽta. Cæterũ cũ dictũ ſit, ne ignẽ quidẽ eſſe apud nos purũ, hac rõne nihil vetat ipſum quoq; putreſcere. Alia ergo ratio dicẽda eſt & aliter enarrãdus locus. Nam apud Ariſto. hoc ca. hæc verba κατα μέρος non ſignificãt quod latinis partim vt illi intelligũt, ſed per partes vt paulo poſt dicit θαλασσα κατα μέρος διαιρουμένη id eſt mare per partes diſtractum. Verba priora non debent coniungi cum ſequentibus ſed cũ pręcedentibus. Dicebatur enim prius, interit᷒ cõtingit quoties id ꝙ finibus deſcribitur, id vicerit ꝙ finib᷒ deſcribit, ꝓpter ipſam rẽ cõtinentum (addit in horũ declarationẽ) enim vero putredo

in iis proprie dicitur, quæ per partes corrumpuntur cum à ſua ipſorum natura diſtracta ſunt. i. in iis quæ corrumpuntur partibus ex quibus conſtant (hæc ſunt calidum frigidũ humidum & ſiccum) à ſua ipſorum naturali miſtione diſtractis. Idcirco omnia poſſunt putreſcere omnia enim poſſunt hanc partium diſtractionem pati, aër ſane, & aqua & terra quia in ſuis naturis impura ſunt, excepit vero ignem, non ꝙ hic quoq; impurus nõ ſit (eſt enim) ſed quia eius qualitates minimè cõtrarias admittunt, ſcilicet non poteſt refrigerari neque fieri humidus, ſed omnium ſubſtãtiarum eſt violentiſsima reliqua omnia cõficit reliqua omnia habet vt materiam ſubſtractã, ipſe quam minimum refractus, accedit quod ea quæ putreſcunt, debent vinci à calore ambientis, & debent quidẽ calore naturali fieri debiliora, calore vero preter naturam caleſcere nam ita ſolent ardere ſterquilinia, ignis vero neutrum illorum poteſt pati neque ab alterius calore vinci poteſt quia nulli põt occurrere potentiori, neque aliquis gradus caloris poteſt illi eſſe præter naturam, nimirum ſecundum naturam retinet gradum caloris ſummum.

RVtredo autem eſt interitus proprij ac naturalis caloris inquouis humido ab alieno calore hic autẽ rei continentis eſt.

QVidam ſunt qui nollunt rationem & formam putredinis in interitu caloris naturalis ab alieno collocare, ſed in ſeparatione humidi à ſicco. Nam dicunt vſtio eſt interitus caloris naturalis ab extraneo, ergo hac ratione vſtio putredo fuerit, ſed non eſt, cum ergo in hoc genere duę hæ paſsiones conueniant, differẽnt accedẽtibus aliis rationibus & formis quę diuerſæ ſint. Si quidem ex formis & rationibus opportet accipi differentias ſpecierum) hæ fuerint putredinis, ſeparatio humidi à ſicco, vſtionis, conſumptio humidi ſed Ariſtoteles mihi videtur vt alia fere omnia ita hoc quoque melius aliis diffiniuiſſe, nam ſi non ſumus obliti eorum quæ de modo quo res aliqua putreſcit dicta ſunt, conſtat putredinem eſſe diſsipationem caloris interni in interno humido vi

gentis ab alieno calore, eius ſcilicet rei à qua cōtinetur. Nā vſtio non eſt per ſe corruptio caloris, Imò vero eſt p ſe calefactio & exſiccatio, hanc paſsionē cōſequitur ex accidēti refrigeratio naturalis, putredo p ſe eſt diſsipatio innati calidi, aut caloris naturalis in humido proprio. Hæc autem diſſipatio eſt à re cōtinente, nō quidē ab aëre ſolo vt mos eſt dicere, ſed ſi in aqua res putreſcit ab aqua, ſi in vino ab illo quoq;. ita etiā ſucci qui intra noſtrū corpus putreſcūt, principiū putreſcēdi ab re alia, quæ illis ſit proābiēre ſumūt, aut ab inſpirato aëre calido aut à cibo potúue ingeſto, aut ex cremētis quæ intus neceſſario colligūtur, aut alij ab aliis, aut etiā ab ipſorū membrorum calore, tandē opus eſt externo aliquo calore, à quo calor illorum diſſipetur.

QVare cum caloris defectu patiantur, & omne quod eiuſmodi facultate caret, id frigidū ſit, certe ambo ſint cauſæ, atq; putredo cōmunis paſsio ſit tum pro-

prij frigoris, tum alieni caloris.

MODO docet Ariſtoteles duas eſſe cauſas putredinis, calorem externum & frigus internum. Quo in loco quidam ſeſe mire macerãt vt inueniant modum quo frigus internũ cauſa efficiens putredinis cõſtituatur, interim accipiũt aſſertiões quaſdã falſas, quaſdã prorſus dubias & obſcuras, dicentes in putreſcente re raros fieri poros & exhalante calido innato frigus fieri, hoc quæ à calido ipſo externo, quod innatum calidũ debilitat, augeri per antipariſtaſim, tũcq; hoc ipſum aduerſum innatũ calidũ pugnare. Sed ꝙ dicunt in rebus putreſcentibus poros eſſe laxos, tam eſt falſum vt maxima inter eos qui melius ſolẽt philoſophari queſtio ſit, an poſsit ſine obſtructione res quępiam putreſcere, de qua caput longum ſatis ſcripſimus in quinto libro controuerſi. medic. & in hoc ipſo capite rurſum ſcribemus. Quod de antipariſtaſi, ii qui ſe ſub philoſophorũ nomine oſtentãt, ſolent dicere eſt dubium, & obſcurum, de ea reſcripſimus cap. quartũ libri.i.controuer. Sed præter dicta fruſtra

hi la=

hi laborant oſtendere frigus eſſe putredinis efficientem cauſam cum id Ariſtotel, nequaquam aſſeruerit. Imò vero cum ſit ab illius ſententia alieniſsimum. Ille enim nihil aliud dixit, quam putredinem eſſe communem paſsionem proprij frigoris, & alieni caloris. Quid ita? quia putreſcentium calor naturalis neceſſario minuitur, & caloris minutionem neceſſario ſequitur frigoris incrementum. Conſtat ratione hac nihil aliud ſignificari, quam frigus internum eſſe neceſſario adiunctum putredini atque ita cauſam ſine qua non (ita vocant) aut diſponētem. Verùm tamen hoc quoque videbitur alicui cum aliis quæ experimento conſtant & ab ipſo autore dicuntur, pugnare. Nam ſi diſponēs ſaltem cauſa putredinis eſt frigus internum, videtur conſequens, quo aliquid cæteris paribus frigidius natura eſt, eo eſſe ad putreſcendum paratius: tamen calida & humida citius putreſcunt quam frigida & humida & ab Ariſtotele paulo infra dicitur, neque id quod conglaciauit putredinem cōcipit magis enim friget, quam aër caleat. Itaque frigus rei dicēte Ariſtot. ipſo impedit putredinem non ergo eſt cauſa diſponens. Conſiderandum hoc loco erit verum eſſe

quod

quod accepimus frigida & ſi humida ſint difficile putreſcere, id tamen non fieri, eo ꝙ non oporteat languidi caloris eſſe quæ putreſcunt, ſed ꝙ ea quæ putreſcunt debeant à calore externo calefieri, niſi enim id fuerint perpeſſa haut quaquam poterit calidum innatum à calore aëris diſsipari. Nam non aliter poteſt calor aëris rem cõtentam afficere, quam calefaciendo, nam ſi refrigeret rem, id facit ex accidenti, atq; ea actio ex accidenti reducitur ad aliam per ſe quæ eſt calefactio. Itaq; omnia quæ putreſcunt, antequam incineres redacta ſint ſunt calida calore præter naturam, & frigida frigore naturali, hinc ergo fit vt neque valde frigida neque valde calida parata ſint putreſcere, ſed vt duobus cõtrariis eidem huic paſsioni reſiſtatur. Nam quæ valde frigida ſunt non incaleſcunt facile calore alieno, quæ valde calida non refrigerantur facile frigore naturali, quia eorũ calidum non facile diſsipatur. Sed prodit hinc ſtatim aliud argumentum, ſi res dum putreſcit incaleſcit, cum non poſsint eſſe in eadem ſubſtantia duo calores alter intẽſus, & alter remiſſus, neque duo frigora, neq; omninò duæ qualitates eiuſdem ſpeciei, ex quibus nõ fiat vnica, conſtat rem

eam

eam interim fieri calidiorem quare & minus frigidam non ergo frigus eſt cauſa neceſſario adiuncta putredini. Scire licet q̃d in multis rebus exploratum eſt, & paulo ſupra dictum, rem quamcunq;, quantumuis ſenſui appareat ſimplex conſtare ex particulis diuerſis aliis igneis aliis aqueis aëreis aliis ac aliis terreis. Ergo cum res putreſcunt partes frigidæ præter naturam incaleſcunt, partes natura calidæ refrigerantur diſsipatione calidi innati, vt cum ex vino acetum fit pars aquea frigidaque in vino latitans hæc putredinis quẽdam calorem comparat, omnes vero quæ vinoſæ, & calidæ erant partes, manent frigidæ extincto calore. Ita accidit in aliis rebus omnibus, quo fit vt omnia per putredinem redantur ad extremum frigida, & cum quodam ſapore amaro aut acri, gratia earum particularum quæ putredinis calorem retinent. Partes itaque quæ natura erant calidæ, ad extremum manent frigidæ, & interim etiam dum putredo agitur, fiunt ſemper minus calidæ calore naturali, & ſi actu fieri poſſint propter viciniam ambientis calidiores, nihil enim repugnat rem aliquam

quam ſimul fieri actu calidiorem, & ſubiecto frigidiorem, vt non repugnat aquam eſſe calidiorem actu vino, quo tamen conſtat eam eſſe ſubiecto frigidiorem. Itaque iam conſtat frigus internum rei cuiuſque putredini eſſe neceſſario coniunctum, aut cauſam diſponentem, non tamen efficientem, calorem quoque rei ſatis patet non eſſe efficientem putredinis cauſam, hic enim contrariam potius faceret paſsionem, & in putredine calor naturalis patitur, non agit contra ac in concoctione, neque calor naturalis ſeparat humidum à ſicco, ſed non poteſt continere. Iam vero humidum, & ſiccum neque in hac nec in aliqua alia paſſione miſtorum efficientia ſunt, ſed patibilia. Nulla itaque cauſa interna concurrit, vt efficiens ad putredinem, ſed paſsio hæc ab externa eſt cauſa, nulla interna conferente vim, vt hinc rurſum colligi poſsit, quod paulo ſupra dicebamus cum omnis naturalis interitus per putredinem fiat, nullum non eſſe violentum rei quæ perit.

Cauſa efficiens, & præcipua, cuius

ſolius Ariſtoteles meminit, eſt calor rei περιέχοντος attingentis aut continentis, ſed præter hanc videtur eſſe alia, efficiens quoq; puta externus humor nam res citiꝰ putreſcunt in aëre calido, & humido quã in calido tãtum, medicamenta etiam quæ putrefacientia propriè ſunt, calida ſunt & humida. 5. de ſimp. med. facul. cap. 14. neq; eſt quod quiſquam dicat paſsionem eam per ſe agi à calore, ab humore ex accidenti. Nam mõſtratum eſt à me in principio ſtatim huius capitis, humorem etiam iuxta Ariſtotelis ſententiam eſſe humoris efficientem, vt calorem caloris, ergo cum res aliqua parata putreſcere in aëre calido & humido continetur, per ſe calefit, & humectatur præter naturam, ſed humectari non minus eſt occaſio putredinis quam calefieri, quia humor humorem auget, calor calorem diſsipat, vtraque cauſa, per ſe, id quod continetur, id eſt humidum, vincit id quod continet, id eſt calorem, & tũc quidem interitus per putredinem accidit. Ergo putredo fit per ſe à calore & humore. Hinc non ſequitur, vt quidam putant, Ariſtotelem denegaſſe humori vim ad generandum ſibi ſimilem (contrarium enim mõſtratum antea eſt, ſed duarum cauſarũ,

An humor ſit qualitas efficiens putredinem.

Ariſtote. duarum cauſarũ putredinis alterã omiſsit.

calo

ſcilicet & humoris alterã dixiſſe alteram omiſiſſe addẽdã aliis. Sed putredinis cauſæ omnes dictæ iam ſunt.

OB eam enim remputrida omnia ſicciora fiũt & tandem terra & cinis, proprio enim calore exoleſcente, naturalis humor vnà cum eo per vaporem emittitur, neq; poſtea res quæ humorem allicit adeſt, allicit enim trahẽs proprius calor.

HÆC verba non indigent noua enarratiõe. Nam ex dictis manifeſta ſunt ſatis.

IN frigidis quidem tẽporibus res minus putreſcunt quam in tepidis, aer enim & aqua quæ circunfuſa ſunt exiguo calore af-

fecta ſunt, vt nihil polleãt, per æſtatem autem maiore.

NEque hæc verba habent obſcuritatis quicquam, niſi eorũ quæ dicta ſunt ſumus obliti.

NEq; id quod conglaciauit, magis enim friget, quã aër caleat, propterea inuictum eſt (quod autem motũ affert vincit) neque quod eſt efferueſcẽs aut calidum, minori enim calore aër eſt, quàm res propterea nequevincit, neq; vllius mutationis cauſa eſt.

NOn repugnãt huic ſententiæ verba illa Gal. 2. de locis patiẽtibus c. 2. Equidem noui quoſdam adeo perfrigeratis pedibus vt in primis quidẽ ſenſus periret, ſequẽtibus vero deinde diebus emortui pedes putreſcerent. Nam quanquàm videantur hæc ſignificare, frigus ambiẽtis deduxiſſe pedes quorundã ad putredinẽ: tamen illud non eſt factũ perſe, ſed ex accidenti,

cidenti, refrigeratione enecāte membra, & illis, vt omnia quæ emortua ſunt ſolēt putreſcentibus tñ eſt adhuc verum quod paulo ante diximus, neq; quod valde frigidũ eſt, ñeq; qđ valde calidũ, paratũ eſſe putreſcere, quia debet res quo putreſcat, primum incaleſcere calore pręter naturā neq; ſolum hoc verũ eſt, ſed etiam rē putreſcentem eo maiorē calorē præter naturā contrahere, quo habebāt maiorē naturalē, nam ſemina & ſtercora euidentius incaleſcunt per putredinem, quàm partes aliæ fructuum, aut alia quæ in animātibus ſunt, quia natura ſua calidiora, neq; huius rei eſt cauſa inuentu difficilis, nam quo res eſt calidior, eo maiori calore eſt opus in ambiente, vt putreſcat, nam à minore non diſsipabitur maior, ita cōtingit vina, quę natura ſua debilia ſunt, in loco aliquātulum calido repoſita putreſcere, generoſa verò niſi locus ſit calidiſsimus, etiā fieri fortiora & calidiora quia calor externus ſi non valet diſsipare calorem internum, atque ita ex accidēti debilitare, auget per ſe, cum ergo quo res calidior trahatur ad putredinem à maiori ambientis calore patiatur, merito maiorem quoq; calorē per putredinem concipiet.

EODEM modo id quod motu agitur, & fluit in putridum, magis eo ſeruatur, quod à motu ceſſat, ab aeris enim calore languidior omnino cietur motus, quam res incluſum habeat, ideo nullam efficit mutationem.

RES eſt expertiſsima, liquores motu præſeruari à putredine proinde mos eſt vina vbi generoſa admodum non ſunt à loco vbi ſunt repoſita in aliũ transferre, & in alia vaſa transfundere, cõſtat quoq; aquam lacuſtrem frequentiſsime putreſcere, fluuialem aut rariſsime, aut prorſus nunquam. Cuius rei cauſam putat Gal. in ventilatione libera aut impedita cõſiſtere, nam in aliis oĩbus rebus experimento ſcimus, q̃ in locis obſtructis ac minime tranſpirabilibus ſunt, cito putreſcere, atq; hæc ipſa cum illinc extracta ad aërem tendũtur vindicari à putredine exemplo ſunt fructus,

fructus, ſemina, & veſtes. Tucidides etiam lib. 2. belli peloponeſiaci deſcribens magnam peſtilentiam, quam ex putredine muita ortam eſſe haud dubium eſt, eos qui in concluſis morabantur locis corripi, his verbis dixit. Domorũ penuria (mitto græca verba, res enim hæc aperta eſt ſatis, & mihi hac in re fidem haberi haud multum eſt) viuentes in ſuffocatis minimeq; perflatis æſtiuo tempore tuguriis corruptio inuaſit. Videndum ergo eſt, qua ratione ventilatio res vindicet à putredine nam & quæ mouentur facilius ventilantur quam quieta, & quæ in propatulo ſunt quã q̃ cõcluſa in vaſe quopiam, & quæ amplis ſunt poris quam quæ anguſtis. Ventilationẽ hoc præſtare rebus ſatis apertum eſt, quod Ariſtoteles dicit, ne, ſcilicet continens ipſi rei cótentæ immota hærens maiorẽ excitet motum, quam res incluſum habeat, ideſt plus poſsit calor externus diſsipando, quam calor internus continendo oppoſita patibilia, atq; ita externus motus maior ſit interno. Galenus etiam rationem addit lib. de vtilitate reſpirationis, ſcilicet ventilationẽ Iuuare motum extrorſum factum, ab ipſo calore, & expurgare etiam calidam rem à fuliginibus. Accipit enim Galenus, analo

 giam

giam à flamis quibus ſimilem eſſe natura lem rebus calorem dicit. Vt ergo flama duobus motibus cõſeruatur, altero deorſum verſus materiam ex qua capit pabulum, altero ſurſum igni proprio, & cum ab alterutro priuatur, perit: cum priuatur interno, perit diſsipata, vt cum vehementi flatui exponitur, aut ad ignem maiorem: cum priuatur externo, perit ſuffocata, vt cum ponitur ſub cucurbitula, aut cum eſt nimis quieta ergo inquit vt alia quæuis flama perit ſine aliqua ventilatione, quia priuatur motu naturali ſibi, & quia non expurgatur, ita ventilatione cõſeruatur rei cuiuſque calor, & quiete langueſcit, Cæterum ratio hæc in his ſolum mihi videtur quadrare, quæ ex cibis recipiunt alimenta, nam alia non video quam multas fuligines poſsint congerere, neque quam ſimilis ſit eorum calor flamæ, potiſsimùm cum monſtratum ſit in principio huius capitis, calidum naturale rerum non conſumi, neque nutriri conſumptione humidi, itaq; viuentium calorem conſeruat ventilatio dicta ratione, tamen calorem rerum quæ ſunt inanimes, & earum quæ putreſcunt, conſeruat ea ratione qua Ariſtoteles dicit, mobilita

te ſcilicet rei continentis. Itaque ventilatio præſeruat à putredine, & impedita ventilatio, eſt occaſio putredinis, quare ex ſolis obſtructionibus contingit hominem febre putrida corripi. Non tamen omnis putredo naſcitur ex prohibita ventilatione, vt multi medicorũ, neſcio quibus rationibus coacti videntur ſentire. Nam cum non ſit neceſſe rem quampiam obſtrui, aut aliter ventilatione priuari, ſed quæcunque ea priuatur, id patiatur caſu quodam, & tamen neceſſario veniat res omnis ad interitum naturalem, atque ſi res mixta ſimplexque eſt, neceſſario ad eum veniat per putredinem, fieri poteſt putredo vbi nullatenus priuata ſit res ventilatione, neque verò contrarium ſenſit Galenus, qui libello de inequali intemperie ita ſcripſit. Neque enim ea ſolum quæ inculcata ſunt, & perſpiratu prohibita putreſcunt. Verum celeriter ea maximeque cæterum putreſcunt & alia multa quæ putredini ſunt opportuna.

Quid pro aliorum Galeni locorum intelligentia dicendum ſit, propriis illorum cõmentationibus explicuimus, & de hac re lib. 5. controuerſiarum Medicarum caput vltimum ſcripſimus.

HAEC cadē cauſa eſt, cur magna etiam res minus putreſcat, quā parua: maiori enim in re ignis proprij, & frigoris continetur plus, ob eamq; cauſam facultates in circumiecto aëre poſitas vincere poteſt. Propterea mare in partes corriuatum breui tēpore putreſcit, totum vero minimè. Alia item aquarum genera eodem modo.

MVLTVM magis reſiſtit q̄ paucū cuicūq; rei externę, vtcūq; agēti, proinde neq; totū mare neq; totū flumē putreſcit, tñ riuulorum aqua putreſcit frequēter, ita res alia q̄cunq; integra diutius ſeruatur, ſecta in fruſta, putredine cōficit citiſsime. Itaq; multa tardius putreſcūt paucis & magna paruis: cęterū intellige niſi res ipſa multitudine intercludat ſibi tranſpiratus viam, ſępe enim multa putreſcunt faci=

facilius paucis dicta de cauſa, vt multa poma congeſta alia ſuper aliis haud diu ſeruantur, tamen pauca ita repoſita vt alia ab aliis non præmantur diutius durant. Tamen id non fit cauſa multitudinis, hæc enim ad reſiſtendum facit, ſed quia nõ perflantur libere. Ita facilius corripiuntur febre ex putredine ſuccorum qui multis abundant ſuccis, quam qui paucos habent, quia multi male perflantur, quo modo dictum intellige à Galeno. 1. de diffe. febr. ca. 6. promptiſsime enim putreſcunt, quæcũque calida ſimul & humida ſunt, & multa in calida regione. Quę verba ſi vt dixi intelligantur nihil his Ariſtotelis verbis repugnant. Dictum eſt ab Ariſtotele amplio ri enim re ignis & frigoris continetur amplius, quia vt paulo ſuperius mõſtrauimus putredini ambobus cõtrariis reſiſtitur, calore & frigore, atque ita ſi res magna eſt calida, plus habet caloris quam ſi eſſet parua ſi eſt frigida, plus habet frigoris quam ſi eſſet parua, & alterutro, reſiſtit magis putrefacienti cauſæ, quam ſi eſſet parua.

ET viuentia putridis in rebus innaſcũtur, propterea ꝙ na-

turalis calor, idemq; diſcretus, facultatem eorum cogẽdorum habet, quæ excreta iam ſunt.

CVM animalis cuiuſpiam cadauer putreſcit, multa animalcula è vermium genere, produci ex partibus putreſcentibus, experimento ſcimus, cauſam verò reddit modo Ariſto. dicens, quòd naturalis calor, idemq; diſcretus, facultatem eorum cogendorum habet, quæ excreta iam ſunt, quæ verba expoſitione indigẽt. Nam aut ſignificant calorem naturalem rei quæ putreſcit, poſtquam diſcretus eſt, & diſsipatus à calore ambientis, facultatem habere cogendi ea quæ excreta iam ſunt, id eſt oppoſita patibilia, humidum ſcilicet, & ſiccum, quæ ſunt in putreſcente corpore, atque ita per fruſtula vermiculos generare, aut ſignificant (quod quidam dicunt) calorem naturalem & diſcretum, id eſt calorem ambientis, facultatem habere cogendi, & ita generare animalcula. Vtcunq; dicatur res eſt ſatis difficilis, cæterum minus quadrat nomine caloris naturalis & diſcreti, intelligere calorem ambientis. Nam diſcretum Græce ἀποκρινομένη multum differt ab externo,

præterquam quod ex re ipſa intelligi poteſt, eam generationem non tribui externo calori, nam ea generatio fit vt ipſemet Ariſtoteles inquit, cogendo ea quæ diſcreta ſunt. i. miſcendo oppoſita patibilia (hæc enim erant diſcreta) quibus verbis aperte ſignificat Ariſtoteles quod ego paulo ante dixi, generationem naturalem fieri cum concoctione. Nam ea actio per quam calor miſcet oppoſita patibilia concoctio eſt, vt ſequenti capite conſtabit. Fit itaque cum concoctione materiæ ea vermium generatio. Sed concoctionem capite ſequenti (eſt enim ſecundum caput huius libelli de concoctione) calori interno rei quæ concoquitur tribuit Ariſtoteles vt efficienti cauſæ, haudquaquam externo. Male igitur illa vermium generatio tribueretur ab eodem Ariſtotele ambientis calori, ei potiſsimum qui corrumpit. Is enim quo pacto poſsit ſimul cadauer putrefacere, & eandem ſubſtantiam, quam putrefacit, coquendo in animalcula commutare? niſi ſimul calidum diſsipat, & ad perfectionem deducit, humidum ac ſiccum ſeparat, & miſcet? Non itaque eius generationis

cauſa

cauſa eſt efficiens externus calor, ſed internus rei ipſius ex qua vermes fiunt, non aliter quam internus ſeminis calor ſuæ mutationis in plantam autor præcipuus eſt. Itaque calidum innatum cadaueris extrahitur ab ambiente diſsipaturq;, cæterum interim cum naturalis illi motus ſit omnino contrarius ei qui fit, ea vi minima quam retinet, conuertitur ad materiam per fruſtula, miſcetque quod ſeparatum eſt humidi innati, cum ſicco quod pręualuit, generatq; ita animalcula vilia frigidaq; natura ſua, ſolùm ex putredine caloris veſtigia quędam retinentia. Neq; velim putes materiam eandem interim dum putreſcit fieri vermes. Nam ita corruptio naturalis, generatioq; circa eandem materiã fieret, atq; à perfectiori forma ad viliorem, & à viliori ad perfectiorem ſimul mutaretur, ſed externus calor corpus totum diſſoluit, inæqualiterq; ac per partes calidum & humidum diſsipatum eſt, in quibuſdam verò particulis iam putreſcentibus, calor veluti reſumptis viribus cogit, vt poteſt, interim externus calor repugnat, facitq;, quominus perfectior quæpiam generatio fiat, hæc verò generatio, & ab imperfectiori forma, putris nempe carnis, ad perfectio-

rem

rem, putà, vermis, mutatio eſt, neq; tamen eadem exacte particula interim dum pu= treſcit eſt generationis materia, neq; dum hoc eſt, putreſcit: ſed caput hoc primum non eget pluribus.

Cap. ſecundum

ERGO quid ortus & quid obitus ſint dictum eſt, reliquum eſt vt proxima dicamus genera, quæ propoſitæ facultates ex ſubſtractis iam per naturam ſubſtantiis efficiunt, concoctio quidem ad calorem pertinet, ad concoctionem maturitas, elixatio, aſſatio, ad frigus inconcoctio, ad hanc immaturitas, leuis elixatio, & leuis aſſa=

tis aſſatio. Sed hæc nimirũ nomina putare debemus nõ propriè vſurpari, quãdoquidẽ omnino ſimilibus rebus nõ imponuntur, ideo propoſita genera exiſtimanda ſunt non eadem, ſed talia eſſe, quid ſingula ſint exponamus.

CVM dictũ iam ſit de ortu & obitu, accedit Ariſtoteles ad proximas paſſiones, quas mixta pariũtur, hæc ſunt concoctio & cruditas. Vbi animaduertẽdum in primis eſt, poſt rei naturalẽ ortũ, nihil eſſe ei magis naturale concoctione, ille ſcilicet deduxit ad formam, hæc deducit ad formæ perfectionem, omnia enim naturaliter genita, imperfecta generãtur in primis, & immatura, deinde per concoctionem perficiuntur, exemplo ſunt fructus, arbores quoq;, & ipſa animalia, hæc ſcilicet omnia, actione ſui caloris, inutilẽ humorem partium deuaſtantis, perfectionem cõſequuntur, quę concoctio eſt, cui contraria imperfectio, eſt cruditas, merito

to ergo proxima genera ſunt poſt ortum & obitũ concoctio & cruditas, eorumq; propoſitæ facultates, id eſt calor & frigus in ſubſtractis iam per naturam ſubſtãtiis, ideſt in ſubſtantiis iã naturaliter ortis, effi ciũt. Sed qua ratione cruditas ſtatuitur cõ traria cõcoctioni, ſi putredo eſt cõcoctio ni cõtraria? Scire licet cõcoctionẽ & putre dinẽ & cruditatẽ poſſe nobis ſignificare perfectionẽ aut imperfectionẽ per talem motum comparatam, aut motus ipſos. Si nomine cõcoctionis intelligitur ea perfe- ctio, quæ per talem motum cõparata eſt, quodã modo contraria eſt ei imperfectio ni, quæ eſt in rebus ante illum motũ, quæ eſt cruditas. nam res mouentur de contra rio ad contrarium, quæ vero ita mouen= tur, de crudis cocta fiunt, quanquã tunc quoque contraria magis eſt inquinamen to illi, quod per putredinem eſt compara tum, nimirum à concoctionis perfectio= ne longius abeſt putredinis corruptio, quàm cruditatis imperfectio, ſed vt auari tia dicitur cõtraria liberalitati, quãquàm ea prodigalitati magis contraria ſit, ita cõ coctio contraria cruditati, magis vero te træ illi formæ quę ex putredine procedit.

Coctũ & crudũ an contraria

Atq;

Atq; hæc ita habent, ſi his nominibus intelligantur formę non motus. Nam ſi motus intelligantur nulla ratione concoctio contraria eſt cruditati ſed putredini. quandoquidem cruditas nullatenus poteſt eſſe motus neq; quod coctum eſt poteſt crudum fieri. Nam ſi res quæ cocta eſt perfectionem quã eſt nacta, amittit, putreſcit, ſi non amittit, manet cocta, nulla ergo ratione cruda fit quin putreſcat, quare contrarij motus & mutuo ſeſe excipiẽtes ſunt concoctio, & putredo. Sed ſupereſt vt mõſtremus quod in propoſitione accepimus ſi quid amittit concoctionem id putreſcere. Concoctio eſt facta corroboratione caloris inſiti & oppoſitorum paſsibiliũ permixtione. ergo amitteretur caloris debilitate & paſsibilium diſſolutione. Hæc vero eſt ipſa putredinis diffinitio. Factum etiã aliud eſt inter coquendum, quod ipſum monſtrat propoſitum conſumptus eſt humor crudus & inutilis, hic euolauit, non poteſt in ipſam rem redire, ſi ergo res crudo humore iterum replenda eſt, ſupereſt eam à ſiccis partibus ſeparatũ iri, id quod putredo eſt. Sed huic rationi ipſum experimentum atteſtatur ex inductione. Nam carnes aſſæ vt aſſæ non ſint fieri nõ poteſt

quã

quanquàm fieri poſsit vt alia eis paſsio ſu
perueniat, vt ariditas aut putredo. Sed ne
que quæ coctæ ſunt poſſunt crudæ reddi.
Poma fructices animantia ad perfectio
nem quandã veniunt per concoctionem
ſed cum à ſumma perfectione ad quã per
uenerant, incipiunt deficere, non redeũt
rurſum poma ad cruditatem, homines ad
infantiam, plantæ ad tenellum virorem,
ſed omnia hæc ad marcorem & putredi=
nem. Itaq; concoctio & putredo motus
ſunt contrarij. tamen quia interitus occa
ſione de putredine eſt ſatis diſputatũ con
coctioni hoc in loco alterum cõtrarium
oppoſuit Ariſtoteles putà ariditatem. Sed
quo pacto non fecit Ariſtoteles ametho
dem qui ante diffinitionem concoctio=
nis & cruditatis diuiſione vſus eſt, dicens
concoctionem eſſe maturationem aut e-
lixationem, aut aſſationẽ, cruditatem: im
maturitatem, aut leuem elixationem, aut
leuem aſſationẽ? Certe haud obſcure no
bis ſignificauit concoctionem nõ dici v=
niuocè de illis ſpecieb⁹, ſed analogice qua
re oportuit diuiſionem ante diffinitio=
nes ire. Nam maturitas eſt concoctio, eli
xatio & aſſatio, non tam ſunt concoctio
nis ſpecies, quàm alterationes quædã con

coctionis aliquatenus participes. Nimirum concoctionis vnica eſt ratio quę finitione continebitur. tamen admiſcetur aliquando cum alijs alterationibus, vt cũ liquatione admixta concoctio facit elixationem, cum vſtione facit aſſationẽ. Neque tamen cum his ſolum miſcetur, ſed cum putredine nonnunquam, prodeũtq; actionum quędam genera media, cuiuſmodi ſunt puris generatio, & fæcum in inteſtinis tenuibus confectio, & aliæ quædam. Sed hæc procedens ſermo deteget. Modo illud conſtet, hæc nomina concoctionem ſcilicet & cruditatẽ, nõ proprie illas ipſas res ſignificare & vniuocè, quandoquidem non imponuntur eiſdem rebus, ſimilib⁹ in vniuerſum, in generis participatione. quia maturitas & elixatio & aſſatio non ſunt in ratione cõcoctionum in vniuerſum ſimilia, ideo propoſita genera exiſtimanda ſunt non eadem id eſt non eſſe concoctiones. ſed talia id eſt quodam modo concoctiones. Verum quid ſingula ſint exponemus.

COncoctio eſt perfectio à calore tum naturali, tum proprio

prio ex oppoſitis patibilibus. hæc autem ſunt propria vnicuique materia.

QVæ naturaliter generantur, non ſtatim ac genita ſunt, perfecta euadunt ſed poſtmodum perfectionẽ cõparant, calore naturali (nam qui eſt præter naturam potius putrefacit, quam ad perfectionem deducat) & proprio, inſitoque rei ipſi, (nam alienus etiam ſi poſsit iuuare proprium, tamen perfectionis illius non poteſt eſſe præcipuus autor) Vincente & ad perfectiorem mixtionem deducẽte oppoſita patibilia, id eſt humidũ & ſiccum. Ergo calor naturalis, dum res coquitur, abſumit exuperantis humoris bonam portionẽ, reliquum coërcet, miſcetque cũ ſicco. idq; eſt concoctio. Nam non alia ratione res imperfectę & crudæ ſunt, quá ꝙ redũdãt multo humore, male cũ ſiccis partibus permiſto, à quo calor obrruitur.

STatim enim ac coctum aliquid eſt, perfectũ & factum eſt, & principium perfectionis à proprio calore contingit, etiã

ſi auxilio aliquo eorum quæ externa ſunt, cõpleatur, vt cibus per balneas, & alia eiuſdem generis adiumenta conficitur. verũtamen principium eſt is calor qui in ipſo eſt.

Concoctionẽ perfectionem eſſe monſtrat quia res ſtatim accoctæ ſunt, perfectæ ſunt, & eam perfectionem ad quam erant in potentia, obtinẽt actu. Vt ſuccus agreſtæ, qui potentia erat muſtũ, actu fit, muſtum quoque fit actu vinum, quod erat potentai. Verum res tunc eſſe coctas cum ſunt perfectæ cap. 3. monſtrabitur, perfectionem hanc agi à calore proprio antea dixit, ſed modo declarat exemplo. Verũ illud in primis ſatius eſt vt mõſtretur, efficientem concoctionis cauſam eſſe calorem propriũ rei ipſius quæ coquitur. Tũc res eſt cocta, vt paulo poſt ab ipſo Ariſtotele dicitur, cum naturalis calor materiam atque humorem domuit. Is enim à calore naturali circũſcribi ſolet, ergo interim coquitur dum materia atq; humor domatur, atq; ad circunſcriptionem optimam

Concoctio calore proprio rei cõ coquendę agitur.

mam deducitur, atq; is ipſe calor circunſcribet, qui in circũſcriptione retinet. Sed hæc, domare ſcilicet oppoſita patibilia, & continere cum domita ſunt, caloris proprij & interni cuiuſq; rei eſt, cõcoctio igitur à proprio rei coquendæ calore nauatur, quanquàm ea adiumento externo cõpleatur, externo ſcilicet calore ſuppetias prę̃ſtante calori interno. Vt pomum proprio calore vt præcipua cauſa matureſcit, iuuatur vero à calore ſolis. Sed quod de cibi concoctione dicit perpendi debet. Inquit enim cibus per balneas & alia eiuſdẽ generis adiumenta exteritur, & conficitur principium tamen eſt is calor qui eſt in ipſo. Non enim legendum eſt vt legit Alcyonius. Origo tamen quæ nihil aliud eſt quàm calor ab re ipſa quæ alatur ducitur, nam prætèrquam ꝙ in Græco codice ita habet, καὶ ἀρχὴ ἡ ἐν αὐτῷ θερμότης ἐστὶ cum paulo ante dixiſſet interprete eodẽ. Alcyonio (nam ego ſubſtuli verba illa rei coquendæ eo ꝙ in græco codice nõ ſunt) cauſa proprio natiuoq; rei coquendæ calori aſsignatur, omnino poſteriora hæc verba prioribus repugnarent, ineptumq; exemplum ſcripſiſſet, non enim res quæ alitur, eſt res coquænda, ſed quæ alit itaq;

 docet

docet nos Ariſtoteles cibos ſuo ipſorum calore coqui. Id quod videtur repugnare ipſi Ariſtoteli, qui in fine tertij capitis ita ſcriptum reliquit. Nam & cibi in corpore cõcoctio elixationi ſimilis eſt, quod à corporis calore partim in humore, partim in calore præſtetur. Quare cum illic à corporis calore concoctionem ciborum agi dicat, non videtur Ariſtoteles, vtcumque præſens locus legatur, ſibi eſſe conſtans. Et quod hoc loco dicitur videtur multis argumentis falſum. Nam cum cibus corrumpatur per eam concoctionem improbabile videtur à ſe ipſo id pati. Preterea falſò Galenus ac cum eo alij omnes medici aſſererent, ventriculo eſſe facultatem concoctricem, ſi concoctio non fit ab illo, ſed à cibis ipſis: adde cibum nõ mutari ſemper in eandem ſubſtantiam, vbicunq; coquatur, ſed aliter atq; aliter pro ratione membri in quo coquitur, mutatus ſemper, ad ſubſtantiam ſimilem ipſi membro, atque adeo in vltima concoctione membri ipſius pars fit quod non cõtingeret, ſi cibus ipſe ſeipſum coqueret, ac non potius membrum mutaret in ſibi ſimile, vt ignis lignũ commutat, quem nullus dicet à ſe ipſo vri. Videtur ergo locus hic pugnare cum

ipſo

ipſo autore, & cum veritate. Cæterum oportet meminiſſe eorum quæ paulo ante diximus, elixationem non eſſe concoctionem propriè ſed actionem compoſitam ex liquatione & concoctione. Confectio ciborum quę nauatur in ventriculo non eſt propriè elixatio, ſed elixationi ſimilis, ſcilicet eſt liquatio ciborum cum quadã concoctione, accedente propria actione ventriculi, qua ipſos cõtendit in ſeipſum commutare. Itaq; ea actio quantumuis concoctio à medicis appelletur parum habet propriæ concoctionis, ſed quantum propriæ concoctionis habet tantũ agitur calore ipſorũ ciborũ. liquatio & aſsimilatio agitur calore & ſubſtãtia vẽtriculi. Eadem omnino ratio eſt de cõcoctionibus in alijs partibus agẽdis. Cũ ergo ad ciborũ concoctionẽ ambo cõcurrãt ipſorũ propriꝰ calor, & calor mẽbri, atq; cũ hoc etiã calor fomentorũ & balnei, loquẽs Ariſt. ſemper iuxta propoſitũ: hic vbi, hãc confectionẽ cõcoctionis exẽplum eſſe fecit, calori proprio & naturali illam tribuit (nimirum quatenus concoctio, à calore proprio ciborum fit) illic, vbi ipſam elixationi ſimilem eſſe dicit, aliam cauſam explicat. facultatem ventriculi melius eſt

appellari alteratricem, aut cõmutatricem quam concoctricem quia quod à ventriculo agitur non eſt concoctio proprie, tamen appellatur concoctio, atq; ipſa vis cõcoctrix nonnũquam, quia cum alteratione quam patiuntur cibi coniunctum eſt aliquid cõcoctionis. Iam verò ꝙ aliquid agat ad ſuæ ſubſtantiæ corruptionem ex accidenti, gratia nempe ſubſtantiæ melioris, multis exemplis cognoſci poteſt, nihil pugnare cum natura. Nam multæ concoctiones euadunt in nouæ ſubſtãtiæ generationes, quæ tamen ab interno calore fiunt. Vt ſemen in animantis particulas & muſtum in vinum ſuo calore cõmutatur. Certè fructus qui immaturi lecti ſunt & repoſiti maturantur, non maturantur arboris de qua præciſi iã ſunt calore, ſed ſuo. ſuccus ex oliuis nuper expreſſus num quid dolij calore fit oleum? an ſuo præcipue, iuuante tamen externo, qui eſt in ambiente? Quod ſi id vel vnica in re earum quæ concoctionem ſubeunt, concedis, in nulla earum negare poſsis. Nam ratio & forma cõcoctionis omnibus quæ coquũtur cõmunis ſit neceſſario. at verò à calore proprio perfectionem accipere in ratione & forma concoctionis eſt. aut ergo

negan-

negandum tibi eſt, in alterationibus cibo rum eſſe concoctionis aliquid quicquid hac in parte Ariſto. Pla. & Gale. dicãt aut concedendum quantum generatio chyli in ventriculo habet concoctionis, tantũ in ea habere energię calidum propriũ, ipſi us cibi qui coquitur. Nam inane eſt dice re fit naturali & proprio calore ventriculi, calor enim ventriculi ventriculo eſt ꝓpius, cibo non propius, ſed qualis calor læuetis ſapæ. Sed rogo, cur adeo miraris pomi calore in ventre factum eſſe ex eo chylum, cum non mireris ex flore fructũ ex ramulo florem, ex nucleo ramum pro prio calore nuclei factum eſſe? Sed ſunt quidam adeo ſtupidi vt non minus nouã aſſertionem (quanquam hęc minime eſt noua, cum ſit Ariſtotelis) quam aperte fal ſam refugiant, ſcilicet non requirunt ve ra ſed vulgaria, neq; id mirum non enim ſunt reuera philoſophi ſed vulgares. Audio profeſſores quoſdam in quadam noſtræ hiſpaniæ ſchola preterito meo nomi ne Complutenſem ſophiſtam ſolere me in ſuis relectionibus appellare, bene faciunt profecto id enim iactãt in me ſcoma, à quo ipſi abſunt longiſsime, ne poſsit in ipſos retorqueri, ſunt enim amuſi nõ ſo

phiſtæ. non minimũ eſt ſapiẽter ineptire. Sed quid vultis ò boni? An me nihil inuenire, ſed iurare in aliorũ verba? An me nullam aſſertionẽ niſi teſtibus confirmare? At iſtuc ſolũ vobis licet qui minime eſtis ſophiſtæ ſed philoſophiam habetis tam profundam, vt ne tantillum bonæ illius regurgitet. Mihi vt ſum ſopiſta eſt veritatis citra cuiuſpiam autoritatis, nedum citra veſtri latratus curam, magnũ ſtudiũ. vacat mihi accipere recte inuẽta, & quæ deſiderantur inuenire. Vobis non vacat niſi autorũ quorũdam verba quæ paſsim proferatis ediſcere, & ſtudioſis veritatis obſtrepere. Vellem ego quidem non oẽs mihi aſſentiri citra controuerſiam, ſed abeſſe à diſputationibus admirationes vulgares, & adeſſe ſummã diligentiã. miraris quo pacto panis ſe ipſum cõmutet, pone admirationẽ & aliter diſputa. Cur ergo dices, panis in arca repoſitus, non ſeſe in chylum cõmutabat, ſed cum in ventrem voratus eſt? Dic tu, cur muſtum in terrã effuſum vinum non fit, ſed cum in dolia? Nimirum aguntur hæ concoctiones calido proprio rei coquendæ, iuuantur tamẽ calore continentis. *velim sane explanares, quis nam calor, est in dolio, et qualis* Finis *etiam in arca. qui sufficiens est. ad talem, non solum inchoandam con coctionem, sed ad per-*

FInis autem his quidem natura eſt, natura autem quam dicimus vt ſpeciē & eſſentiā, his autē in ſubiectam quandā formam, finis eſt concoctionis, cū humor vel per aſſationē vel per elixationem vel per putredinē, vel per aliud caloris genus, talis redditur & tantus. Si quidē vtile tunc eſt, ad concoctionē perveniſſe dicimus vt muſtū & quę in tuberculis colliguntur, cum in pus ſunt mutata & lacrimas cum in lipas conuerſæ ſunt. Eadē ratio aliorum eſt. Atq; hoc quidem pati omnibus vſu venit, cum materia atq; humor ſuperatur. Is enim à calore naturali circūſcribi ſolet, atq; natura

tantiſper eſt, quo ad ille ſecun-
dum proportionem eſt.

LOcus primus huius dictionis inueni-tur in aliquibus codicibus mutilus, quos ſequutus eſt Alcyonius, nõ ſine magna ſententiæ corruptione, ita dicens. Natura quam deſignamus (dimiſsis prioribus verbis) vt forma & eſſentia eſt, con coctionis enim finis nõnullis in rebus ad ſubſtractam quandam formam eſt. Quæ verba poſtea quæ antea ſcripſerat, non video quid pulchrũ poſsint ſignificare, melius itaq; multo habetur in codice Aldino, quem ſum ſecutus. Cum Ariſtoteles. hucuſq; quæ coquuntur perfectionẽ cõparare monſtrauerit, modò quam perfectionem comparent volens appertius explicare, inquit. Nonnulla per concoctionem, naturam comparare, diuerſam ſcilicet à priori id eſt perfectiorem quandam formam, ſpeciem, & eſſentiam, nonnulla non quidem ſpeciem, ſed ſubiectam quã dam formam ideſt modum quendam meliorem ſubſtantiæ primi membri exempla ommiſsit modo Ariſto. ſecundi dixit multa, quia concoctionis per quam ſpecies mutatur exempla ſunt naturales rerũ

ortus,

ortus, de quibus ſatis in primo libro dictũ fuerat. Simili quadã diuiſione huic vſus eſt Gale. eius concoctionis de qua diſputant medici in perfectam & imperfectã, quam ille ſcribit. 2. de rat. Vict. in morb. acu. com. 44. & ab illo accipiunt omnes medici. ſcilicet perfecta cõcoctio eſt apud illum ea quæ terminatur ad nutritionem, qualis eſt concoctio alimentorum, imperfecta quæ non ad nutrictionem ſed correctionem quandam paruarum qualitatũ, & mediocrem quendam modum ſubſtãtiæ finitur, qualis eſt ea quæ cohibet putredinem excremẽtorum. ſcilicet Gal. vt pote medicus de ſolis concoctionibus in hominis corpore contingentibus diſſeruit, tamen eſt Ariſtotelis diuiſioni ea valde ſimilis. Sed addit Ariſto. ſecundam cõcoctionem fieri cum ſuccus vel per aſſationem vel per elixationem vel per putredinem, vel aliud caloris genus talis redditur ac tantus, illud aperte ſignificans, ꝙ ego alio loco mõſtraui, concoctiones imperfectas, eſſe eas quæ cum aliis alterationibus mixtę ſunt, eoq; imperfectas euadere. Sunt imperfectæ concoctiones aſſatio elixatio, & ſuppuratio, & cum excrementa quæcunq; à calore naturali ſuperantur.

Concoctionum quædam perfecta eſt quædam imperfecta.

Concoctionis imperfectæ & perfectæ eadē eſt forma & ratio.

tur. quam concoctionem quanquam imperfecta eſt, quia non ducit vſq; ad perfectiorem aliam ſpeciem, ſed vſq; ad quēdā modum ſubſtantiæ, tamen non eſt putandum non eſſe proprie concoctioné. Nam eadem ratione fit qua prior, cum ſcilicet naturalis calor materiam atq; humorem domuit, proindeq; æque proprie participant concoctionis rationem, quanquam non tam perfecte quia quæ ita coquuntur non eatenus procedunt in perfectione. Vinum contingit dubitare an à muſto differat ſpecie an non. Nam ſi differt, putandum eſt Ariſtotelem vbi dicit ita muſtum concoctum aſſeritur, primi generis concoctionis exemplum ſcribere, Deinceps ſecundæ exempla apponentem, ſin minus putandum eſt concoctionem qua ex muſto vinum fit, nō eſſe generationé. Vtrum ſit verius haud ſcio, nihil enim difficilius eſt, quàm de rerum ſpeciebus iudicare, & ad locum præſentem nihil facit, modo diuiſio propoſita intelligatur. Quare his miſsis quod ad loci intelligentiam magis videtur facere apponamus. Per aſſationē & elixationē res perfectiorē quēdam modū ſubſtantiæ cōparare haud dubiū eſt, ſi quidē id cōtingit nobis experiri

in cibis quos illis modis præparari nobis facimus. Sed qua ratione per putredinem id fieri poſsit, eſt aliquanto difficilius (oportet enim aliquo modo id per putredinem fieri cū Ariſto. dixerit vel per putredinē) putredo enim cum ad imperfectionē & interitum res deducat quo modo poſsit ad perfectionēm aliquā vel minimā deducere? Quod ſi tamen putredo faceret, male nihilominus hoc in loco videat illius mētio eſſe facta, niſi aliquo modo eadē alteratio, cōcoctio & putredo eſt, huiuſmodi eſt ſuppuratio, & materię morbi, quæ nō poteſt iā alere, alteratio, atque generatio ſedimenti quod expectatur in vrina & vt ſemel dicā, omniū excremētorū maturatio. Ita eñ multis in locis ab Hippo. & Gal. nūcupātur hę alterationes, nūc cōcoctiones, nūc putreſcētiæ quędā, quo factū eſt, vt nonnulli medicorū ex Arabū claſſe in eā venerint opinionē, concoctionē & putredinē eidē materiæ ſimul cōtingere, motus quidem duo diuerſoſq;: ita vt ſimul eadem res magis cocta & putridior fieret, quorū opinionem lib. 5. medicarum Cont. cap. 4. refutauimus, Galeniq; hac de re opinionem explicuimus, & confirmauimus, quam tamen hoc in loco

Cōmutatio concoctionis & putredinis particeps.

in

in ſtudioſorum gratiam non grauabimur repetere. Concoctionem & putredinem ſimul agi, rationi phyſicæ repugnat, cum monſtratum prius ſit contrarias eſſe alterationes. Verumtamen putridum ſimul & coctum aliquatenus eſſe aliquid nō repugnat. Vt incaleſcere ſimul & refrigerari nihil poteſt, eſt tamen idem corpus aliquatenus calidum & frigidum remiſsis gradibus. pus ſubſtantia eſt arcta quodā modo, hæcq; ipſa quodam modo putris, nam putredinis habet quædam ſigna, puta fœtorem, (quāquam cum minimum ſi pus eſt optimum) quædam coctionis, puta mediocrem illam craſsitiē & veluti humidi mediocritatem. Cum ergo ad hanc formam contrariorum participem venerit, & id per duo contrarios motus nō fuerit perpeſſa, ſupereſt per vnicū inter illos mediū illorum quodā modo participē, qualis eſt obliquus inter aſcenſum & deſcenſum, illam comparauiſſe, itaq; eſt ſuppuratio & lachrymę in lipas conuerſio, & fæcum alui generatio, alterationis quodā genus medium inter concoctionē & putredinem. Nam & forma in quam res incidit medię eſt naturæ. Efficiens quoque cauſa mediam naturam imitatur, nimi-

rum

rum in parte mere naturali prædita calore, ſanguis nutritionis materia fit. quæ à medicis perfecta cõcoctio habetur. in calore omnino exorbitante, fit tetrũ virus, in exorbitante mediocriter, fit pus. Licet ergo tibi dicere re ita intellecta actionem eam aut concoctionem eſſe, aut putredinem, aut quodam modo vtrunq;, aut neutrum, hanc appellat Ariſtoteles concoctionem imperfectam factam per putreſcentiam.

QVam obrem & bonæ valetudinis ſigna eiuſmodi res ſunt, & lotium & deiectiones, & omnino excremẽta, & cõcoctionẽ aſſecuta dicuntur. quòd indicent proprium calorem humorem vincere.

VAria concoctionis exempla hoc capite ſcribit Ariſt. alia eorum quæ perfecta concoctione coquuntur vt muſtum, alia eorum quæ imperfecta, vt pus & lipa & vrina & deiectiones & reliqua excremẽta. ſignificat certe omnia hæc genera concoctionum eandem habere ratio-

tionem & formam qua concoctiones dicuntur & ſunt reuera, nimirum perfectionis calidi innati in oppoſitis patibilibus, quanquam perfectionis illius quædã aſſequantur plus quędam minus, quod antea explicuimus ſed dices ſi nomine caloris ꝓprij intelligi debet proprius rei quę coquitur calor, cur vrina & deiectiones & ſputum coctum ſigna ſanitatis ſit? quid poſsit facere ad ſanitatem calorem propriũ excrementi viciſſe proprium humidum? certe excrementa eſſe cocta, & proprium illorum calorẽ oppoſita in illis patibilia viciſſe argumento eſt corporis temperiem non eſſe grauiter læſſam. nam cum grauiter læſſa eſt, ita corrumpit excrementa vt maligna putredine afficiat, quod ne coquantur facit,

NEceſſe eſt cocta craſsiora & calidiora eſſe. tale enim fit calore melioris mollis, & craſsius, & ſiccius.

QVod quidem cocta ſint incoctis craſſiora cauſa eſt quod calor internus diffiniẽs humidũ & ſiccũ facit rẽ melioris mollis & craſsius, & ſiccius. verũ hoc

ſequenti

ſequenti capite mõſtrabimus. calidiora eſſe cocta omnia ijs quæ concocta nõ ſunt calore naturali & proprio conſtat, nã cum internũ cuiuſq; rei calorem perfectionẽ comparare dum coquitur monſtratũ ſit, haud dubium eſt calorem internum. perfectiorem eſſe & oppoſita patibilia melius vincere itaq; res omnis concoctione calidior fit. hac cauſa vina vetera calidiora ſunt recentibus quia diutius concocta ſũt indoliis? quod ſi potu vini veteris pluries calidas affectiones oriri videmus, vt pleuritides frenitides & febres ardentes id certe non fit, quod recentia calidiora ſint, quinimo quod frigidiora ꝙ ſcilicet minus abeũt in vrinas & inſenſibilem vaporem, ſed feruentes vt quæ incocta & inuſta ſint diutius morantur in viſceribus.

COncoctio ergo hoc eſt. cruditas vero imperfectio ob deffectum proprij caloris. deffectus autẽ caloris frigus eſt. imperfectio eſt oppoſitorum patibilium, quæ eſt vnicuiq; natu-

ræ materia. concoctio itaq; & cruditas definitę ſũt hoc modo.

CRuditas eſt imperfectio cõtraria perfectioni quæ eſt cõcoctio. nimirum vt concoctio eſt perfectio calidi innati vincentis oppoſita patibilia humidũ inquam & ſiccum: ita cruditas eſt imperfectio calidi innati. hæc imperfectio, in calore eſt deffectus caloris, hoc eſt internũ frigus, in oppoſitis patibilibus, quę calori naturali ſubiecta ſunt vt materia. eſt mala illorum permixtio.

Caput tertium.

MAturitas concoctio quædã eſt. nam concoctio alimenti quod eſt in fructibus maturitas dicitur, cum autem concoctio perfectio quædam ſit, hac cauſa maturitas perfectio eſt. cum ſemina in fructu poſſunt ꝓducere talem alium qualis ipſe

eſt

eſt. nam & in aliis rebus perfe-
ctum ita dicimus. fructus ergo
eſt maturitas. dicuntur autem
alia multa eorum quę coquun-
tur matura ſecundum eandem
ſpeciem, per methaphorã autẽ
eò quòd nõ ſint, vt prius dictũ
eſt, nomina omni perfectioni
eorum quæ circunſcribuntur à
naturali calore & frigore. eſt
autem hæc maturitas tubercu-
lorum & pituitę & ſimiliũ, con
coctio inſiti humidi à naturali
calore, nam fieri non poteſt vt
finiat quod non vincit. ergo ex
ſpiritalibus aquea, ex aqueis
terrea conſtituuntur. atq; ex te
nuibus ſemper craſsiora fiunt
quæ cocta ſunt omnia, & hæc

quidē ad ſeipſam natura trahit hæc expellit. maturitas ergo dictum eſt quid ſit.

MAturitas eſt prima omnium concoctionis ſpecies & maximè ꝓpria, q̃a hæc ſola alterius cōmutationis non eſt particeps, ſed eſt concoctio perfecta. ſed neq; maturitas omnis hoc eſt, ſed ea tantū cui nomen id propriè quadrat. nam triū cōcoctionū maturitatis in quā elixatio nis & aſſatiōis maturitas eſt maxime propria, & in quouis illorū generū quędā dicūtur propriè. talia'quædā minus, tā multi ſunt perfectionis gradus in cōcoctione. quāquā rebus omnibus coquendis ratio & forma concoctionis cōmunis eſt. maturitas propriè eſſe dicitur eā perfectio q̃ ortui naturali ſuccedit, vt fructus primū generantur deinde maturantur. eſt nota perfectæ maturitatis cum ſemē fructus eſt fęcūdū idoneūq; vt ex eo alius fructus gñretur. nā & animātia & alię res oēs cū poſſunt gñrare dicūtur ſuntq;, ꝙ ad naturales facultates attinet, propriam perfectionē conſequutæ. phymatā (dicūtur gręcis phymata quæ latinis tubercula..) & pituitæ & aliorū excrementorū concoctio ad maturitatē

ritatē reffertur, ſed per metaphorā. nā nō habet reuera maturitatis perfectionē, ſed illi ſimilis quadā ratione eſt. ne intellige pus & excrementa per metaphorā coqui (propriè enim coquūtur, & ſi imperfecte) ſed per metaphorā maturari. nā eſt horū maturitas (inquit Ariſt.) concoctio inſiti humidi à naturali calore. eſt ergo propriè cōcoctio. nā hęc erat illius ratio & forma. ſed cur cū antea cōcoctionis, vt agēs & efficiens calorē dixerit vt materiā oppoſita patibilia humidū, inquā, & ſiccū. modo vt materiā dicit ſolū humidū, ita ſcribēs cōcoctio inſiti humidi à naturali calore. an eſt cōcoctio magis humidi quā ſicci? certè cōcoctionis materia humidū & ſiccū eſt, ſed humidū magis quā ſiccū. quia ꝙ definitū aut indefinitū & exorbitans ſit in humido notat̃, quāquā id habet, ꝙ bñ aut malè miſcet̃ cū ſicco. hęc ipſa cauſa eſt ꝙ craſſeſcāt oīa q̃ coquūtur atq; ſi ſpiritalia ſūt & aërea aq̃a: ſi aquea, terrea fiāt, ꝙ paulo añ dixit fieri melioris molis. nā cū in re quacūque cruda, & apta coqui humoris q̃dā portio ſit inutilis, & q̃ nō poſsit emēdari, q̃dā vtilis & q̃ quāquā modo ob cruditatē exorbitet, poſsit tñ cōcoctiōe coerceri. illā natura. i. naturalis rei calor q coquit abſumit

Humidū eſt maturitatis p̃cipua materia.

Omnia q̃ coquūtur craſſeſ cunt.

emittitq; in halit⁹, hũc miſcẽs cũ ſiccis partibus pfectè. hoc eſt ꝙ Ariſt. dicit. natura hæc quidẽ ad ſe ipſam trahit, hæc expellit. ergo ꝯſũptiõe humoris inutilis, q idẽ eſt tenuiſsim⁹ craſſeſcetres, admixtio etiã ſiccorũ facit humida craſſeſcere. ſed & cõſũptiõe alicuius partis humidi, boni etiã & vtilisque actionẽ caloris externi qui internum iuuat (iuuat enim externus calor internum, cum non vincit) neceſſario conſequetur craſsitiem pariet. generãtur certe concoctione res quædã ex aliis quibuſdã quę videtur eſſe factę tenuiores, vt chylus ex pane ex pituita ſanguis. verũ ea nõ ſunt facta tenuia reuera, ſed ſecretio craſſiorũ excrementorũ quæ per omnẽ cõcoctionẽ ſeparantur, videntur tenuata.

IMmaturitas autẽ eſt res cõtraria. contrariũ autẽ maturitati eſt cruditas quędã alimenti in fructu, hęc verò eſt humor indefinitus, quare ſpũalis aut aquea aut ex his duobus eſt immaturitas cũ ergo maturitas perfectio quędã eſt, immaturitas imperfectio

ctio erit, fit autem imperfectio ob defectum naturalis caloris, & immoderationem ad humidum maturandum. nullum autẽ humidũ, ipſum per ſe ipſum maturatur ſine ſicco. aqua enĩ ſola humidorum nõ craſſeſcit, accidit hoc aut quod calidi exiguum ſit, aut quod humidum finiendum, ſit multum. Quare & tenues ſunt rerum immaturarũ ſucci & frigidi magis quã calidi & eſui potuiq; inepti. dicitur & immaturitas, vt & maturitas, multifariam . quare & deiectiones & deſtilationes immaturę appellantur eadem cauſa. nam quod à calore victa non ſint, neque definita, immatura

omnia dicũtur. quod ſi vlterius progrediamur, & fictile immaturũ & lac ĩmaturũ & alia multa dicũtur, quę cũ poſsint à calore mutari & cogi, maneāt inalterata. quare aqua elixa, immatura autẽ nõ dicitur, quia non craſſeſcit. maturitas ergo & immaturitas dictum eſt quid ſit, & qua cauſa fiat vtrũq; illorũ.

Contrariũ facile intelligitur ex cõtrario, quare minoris laboris ſit dicere, quid ſit im maturitas, cũ dictũ iã ſatis ſit quid ſit maturitas. ſitq; ĩmaturitas maturitati paſsio cõtraria. ergo vt hęc eſt perfectio ita illa imperfectio, & vt maturitas in fructibus & fructuũ ſuccis dicitur maxime propriè in aliis metaphora ita fructuũ ꝓpriè eſt ĩmaturitas minus ꝓpriè dicũtur alia immatura, vt pituita, pus, & deſtilatio omnis. alia quædã dicuntur latius patente nomine immatura vt fictile & lac, verum hæc omnia impropriè ac ꝑ metaphoram dicũtur matura aut immatura. nã vt ex ſe

quen-

quẽtibus patebit alias paſsiones ſubeũt haudquaquã maturitatẽ. lac enĩ elixationem magis ſubit fictile paſsiones alias ab omni cõcoctione alienas. ſed ob vulgarẽ nominũ vſurpationẽ (dicũtur enĩ vulgo cocta aut incocta) mentionẽ horũ hoc loco fecit. ſed ad maturitatẽ & immaturitatẽ reuertor. vt illa eſt paſsio in humido pcipuè ita hæc quoq;, illa cũ cogit̃, hæc cũ exorbitat. ſed neq; maturitas neq; ĩmaturitas accidit hũido ſoli, atq; ſine omni ſiccitate ſed inuocatis oppoſitis patibilibus fiũt. ꝙ ergo res aliqua immatura maneat cauſa eſt duplex aut, ꝙ calor ſit minor quã vt poſsit coercere, aut humor copioſior quã vt coerceatur. quare cũ maneat in rebus ĩmaturis humor nõ finit⁹ neq; cũ ſicco permixtus, erũt earũ ſucci aërei aut aquei aut vtriuſq; naturę, tenues deniq; & frigidi, & neq; eſui ſũt fructus neq; potui illorũ ſucci apti, hoc enĩ illis pfectiõis inditũ eſt. ĩmatura verò ſunt impfecta. ex dictis de ratiõe maturitatis & ĩmaturitatis colligit Ariſt. aquã neq; maturã neq; ĩmaturã poſſe dici. nã ĩmaturũ nõ dicit̃ niſi ꝙ maturitatẽ põt accipere. aqua vero nõ ſolũ maturari nõ põt, ſed neq; coq modo quopiã. ſed ſi q̃ ratiõe cocta dici põt, certe elixa idq; p metaphorã,

non

non propriè. nam non poteſt craſſeſcere ſine craſsitie vero nulla concoctio eſt. q̄ vero aqua non poſsit craſſeſcere cauſa eſt, quod nihil, aut exiguū (non enim eſt pura aqua) habet ſicci quod cū humido miſceatur, & humidi habet ſummum fere, vt non poſsit coërceri à calore præcipue quem habet aut exiguum aut nullum. hęc cauſa eſt qua medici affirmant, vere quidem, aquam nullatenus poſſe nutrire. nā quod nullatenus poteſt coqui, neque nutrire poſsit. accedit quod aqua tota eſt fluxa friabilis nihil habet lenti, aut pinguis, quod affigi poſsit membris, nutritionē vero omnē affixio antecedit. nomine aquæ hic non elementum intelligit Ariſt. nullū enim purum eſt, ſed aquam qua vtimur & illi ſimiles ſuccos vt ſerum & materiā vrinæ & ſudoris. humida vocat Ariſtoteles omnia fluxa vt aquam vinum lac oleum. ergo inquit aqua ſola non coquitur. addit vero humidorū omnium ideſt inter res omnes liquidas & fluxas, non quidem temere, ſed vt ita excludatur aër qui neq; ipſe craſſeſcet concoctione. Aqua ergo ſolā elixationem, atq; eam quidem leuiſſimam (nō enim omnes elixationes æquè imperfectæ concoctiones ſunt, ſed aliæ aliis

Aqua neque nutrire neque coqui poteſt.

aliis imperfectiores) per quamq; nihil ſaltem quod ſentiri poſsit craſſeſcit, pati poteſt. Proinde eorum ſuccorũ qui in humano corpore congeſti aquæ ſunt in modo ſubſtantiæ omnino ſimiles, cuiuſmodi hydropicorum aqua, non expectat Gal. concoctionem, vt expurget. ſed potius expurgat ſtatim, vt incoctiles. huc videtur reſpexiſſe lib. quos & quando & quibus medicamentis purgare oporteat, ita dicens, ſi quidem inter initia morbi, tenues & aquoſſos ſuccos euacuabis. hæc vero verba aqua omnium humidorum non craſſeſcit enarrabuntur rurſus cap. 6. vbi dicemus quantum interſit inter congelationem & craſſationem. vt illinc conſtet, male ac ſuperfluè, alcyonium interpoſuiſſe dictionem calefacta, ita legentē aqua humidarum rerum ſola calefacta non craſeſcit. præterquam quod verba autoris non redidit fideliter, ſenſum etiam aliò tranſtulit. Sed hoc patebit dicto in loco. De maturitate & immaturitate non dicam modo plura.

Succi aquoſi ſine concoctione expurgantur à medicis.

ELixatio in ſumma cõcoctio eſt à calore humido, eius inter-

terminatum eſt in humido: eli
xę enim res tantum modo hoc
ꝓprie ſignificãtur nomine. his
autem humor vt propoſuimus,
vel ſpirituoſſus vel aqueus eſt.
Elixatio quidẽ ab igne, qui eſt
in interno humore, efficitur. nã
quæ in ſartaginibus verſantur
aſſari ſolent ab igni enim extra
exiſtente patiuntur. In quo aũt
humido eſt, facit illud magis ſic
cũ, in ſeipſum aſſumens. Quod
autem elixatur, rem plane con
trariam facit. Nã ex illo humor
à calore, quem exterior cõtinet
humor, exprimitur. Quocirca
elixa aſsis ſicciora ſunt. nõ enim
trahunt in ſeipſa humorẽ, quæ
elixantur: externus enim calor
inter-

internum ſuperat, quod ſi ſupe raret qui eſt intus, nimirum ad ſe traheret. neq; verò elixationi quoduis corpus eſt aptum, neq; enim tale in quo nihil humoris ineſt, vt lapis, nec ea in quibus licet inſit, tamen propter denſitatem nulla ratione ſuperari poteſt, vt ligna. ſed quęcũque humorem à calore in humore verſanti patibilem continent. Aurum etiam, lignumque & alia multa elixari dicuntur, forma tamen non eadem, ſed methaphora. non enim ſatis multa nomina impoſita ſunt differentiis quin etiam liquida elixari dicimus, vt lac & muſtum, quotieſqũq; in humido ſapor,

ab

ab igni qui vndiq; extrinſecus adhibitus eſt, calefaciente, in quoddam formæ genus commutatur. Vt res quodam modo elixationi cuius paulo ante mentioné fecimus ſimilis euadant. Sed neque elixa neque cocta eodem terminantur exitu, quando alia ad æſſum alia ad ſorbitionem, alia ad alium plane vſum accommodantur: cũ etiam medicamenta elixari dicantur, quare omnia vniuerſim elixationi apta ſunt, quæcunq; aut craſſeſcere, aut contractiora, & grauiora fieri poſſunt: aut quorum aliæ partes eiuſmodi ſunt, aliç contrariç eò quòd eorum quç ſecernuntur alia craſ-
ſeſcat,

ſeſcant, alia tenuentur, vt lac in ſerum, & coagulum, oleum per ſe non elixatur, quod nihil horum pati poſsit. Et ipſa quidem per elixationem dicta cõcoctio, hęc eſt, atq; nihil refert, an inſtrumentis artis, an natura ea efficiatur. Nam omnes eadem à cauſa manant.

HACTENVS egit Ariſtoteles de maturitate & immaturitate: modo de elixatione & contrario incipit diſſerere. Elixatio de quibuſdam rebus dicitur propriè, de quibuſdan per methaphoram. Propriè elixari cenſentur quæcunque in humido coquntur, vt carnes quæ elixantur. Per methaphoram elixari dicuntur, res duplices (dicuntur vero ea elixari quia non ſunt ſingulis paſsionum generibus nomina impoſita) ſolidæ, quæ ſcilicet abigne expurgantur, vt aurum, argentum, & alia metalla, & quę aliquo modo emolliuntur in calido ſucco, & ſi nulla

tenus ita vtilia fiant aut eſſui apta, vt lignum in aqua elixari dicitur: liquidę etiam res elixari dicuntur cum ab igne in saporem quendam vtilem permutantur, vt muſtũ quod ad ignẽ dulceſcit. Muſtum ſiquidẽ cum in vinũ ſua ſponte mutatur, maturatur, cum verò in ſapam vertitur, elixatur. Elixatio quæ propria eſt, quatenus elixatio, à calore humido continente fit, ſed quatenus nõ, nihil eſt particeps concoctionis, partim etiam fit ab innato calido rei elixatæ, potiſsimum ea elixatio quæ naturalis eſt, qualis quæ agitur in noſtro ventriculo. Artificiales enim elixationes quàm minimum concoctionis habent: & eæ elixationes, quæ per methaphoram dicuntur, omnino nihil. Nam quanquàm vt diximus penuria nominum appellantur elixationes, ad alia paſſionum genera pertinent de quibus dicetur in ſequentibus. Ergo quod elixatur patitur à calore humido in quo continetur Quo fit vt frictio ad aſſationem magis referri debeat quàm ad elixationem. Nam quæ friguntur in ſartagine, in oleo ſcilicet, aut alio quouis pingui ſucco, non tam patiuntur à ſucco ipſo, in quo continentur, quàm ab igne, & ipſa ab igne patientia,

Frixio aſſatio quædã eſt, & qua cauſa

tientia, humidum in quo continentur, vincunt, potiuſq̃ ab eo vincantur. quæ elixantur vincuntur à ſucco in quo continẽtur, cuius rei hoc eſt indicium, quòd quæ elixantur, quodam modo diſsicantur, & fiunt exſucia, humido externo extrahente internum, quæ friguntur verò potius attrahunt ad ſe ipſa, imbibuntque oleum, quàm vt illorum humidum ab oleo trahatur. Verum rogabis, quo pacto poſsit res quæ frigitur ab igne pati, non patiens ab oleo, quod medium inter ignem & ipſam poſitum eſt, nam ſi diceretur à ſolo igne rem eam pati, videbitur ignis agere in rem remotã vicina nihil perpeſſa, ſi verò ab igne eam pati, cæterum per medium ferrum ſartaginis, & oleum, tantundem videtur contingere rei elixandæ, atq; ita nihil inter elixationem & frictionem intereſſe. Non enim dubium eſt carnes ab igne elixari per ſuccum, amoto ſiquidem igne haud elixarentur. Certè Ariſtoteles illud diſcrimen nos docuit rem quæ elixatur pati à ſucco in quo continetur, proindeque humorem rei elixandæ in humorem continentem diſsipari, itaq; carnes nõ tam pati ab igne qui eſt in ſicco, ideſt à calore qui in ipſo igne eſt,

per ſe, quam ab igne qui eſt in humido, id eſt à calore humidi continentis, & humidum ipſum continens, pati ab igne exter no: rem vero quæ frigitur pati ab igne ex terno. Enarratores verò Ariſtotelis, addunt, ignem agere in rem quę frigitur, per oleum (ſit enim oleum) tamen rem ipſam quæ frigitur, rurſum agere in oleum, & ita ipſum ad ſeſe allicere, eoq; rem eam ab igne pati præcipuè, oleum verò & oua, gratia exempli, agere in ſeipſa mutuò, hæc dicunt. Cæterum nullum adhuc inueni qui huius rei ſatis aperte cauſam diceret, certe oua ab oleo pati non eſt dubium. Nam quo calidius eſt, pluſq; per ſe ipſum ab igne paſſum prius, oleum in quod immittitur, eo citiùs friguntur, atque ſi in oleum feruefactum immiſſa fuerint, etiam amoto igne frigentur. Neque dubium eſt, rem ipſam quæ frigitur oleum inſumere, itaq; oleum ab ambobus pati, ab igne inquam & à frixis, id enim experimentum, quod Ariſtoteles ipſe profert ſatis declarat, putà rem frixam attrahere humorem, eoq; verum eſt frictionem, actionē eſſe ignis magis, quàm olei, quod ſatis liquet, reſiccatur enim extremitas ſumma eorū quæ friguntur nō aliter quàm ſi vrerētur, quę verò

verò elixantur nihil patiuntur tale, quin potius laxiora ſecundũ ſe tota fiunt, quia patiuntur à calido in re humida cõſiſtente. Quod carnes ipſæ in aquam agunt reciprocè nihil eſt quod ſentiri poſsit. Verum huius cauſa haudquaquam cõſiſtit in ſartagine aut in teſta. Elixãtur enim multa in ſartaginibus, & friguntur in teſtis, conſiſtit ergo in natura liquoris, in quo res quoquitur, ſi enim is eſt oleum aut liquata adeps, frigitur res etiam in teſtis, ſi is eſt aqua vinumúe aut acetum, coquitur etiam in ſartaginibus. Pingues liquores aëreo humore abundant, eoq; facile inflammantur, quãquam alioqui, quod ad calorem & frigus attinent mediocres ſunt: expertes pinguedinis abundãt humore aqueo, proinde in illis vis ignea hebetatur, fiũtq; illi calidi, cæterum non inflammantur, neque humorem deponunt. Hinc fit vt vis ignea per oleum, facile perferatur ad oua (ſunto enim hæc loco exempli propoſita) atq; ita ea vruntur, vſta verò vtpote dẽſiora ipſo oleo, illud conſumant (vis enim ignis indẽſiori materia violẽtior eſt) non aliter quàm lapis ignitus in aquam miſſus ipſam ſolet abſumere. Per aquam non defertur vis ignis, ſed aqua ipſa elixatur,

vt elixatio per methaphoram dicitur, ab hac verò carnes elixantur propriè. Colligit Ariſtoteles ex dictis, elixa ſicciora eſſe aſsis, quandoquidem elixa non retinent in ſe humorem, immo verò is ab æterno humore trahitur, aſſa verò retinent in ſe ipſis ſuum humorem. Huic aſſertioni videtur Galenus docere planè contrarium lib. 1. de ſimplicium medicamentorum facultate cap. 8. dicens, aquã vim humectãdi nunquam deponere, & ea ipſa, quæ ab ea feruente exuruntur, haudquaquã fieri ſicciora, vt quę vrũtur igne. hæc, quę Gal. docet, ratio etiam ab experimento profecta confirmat. Nam ſubſtantia ipſa rerum quæ elixantur fit in ſe ipſa mollior manifeſtè, & laxior, quare humidior quoque. Nam mollicies rerum ſignũ eſt humoris. Quod ſi humor rerũ elixatarũ in aquam inſumptus conſpicitur, neq; hoc eſt Gal. ſententiæ aduerſum, quandoquidem longè alia res eſt, rem eſſe humidiorem quàm cõtinere plus ſucci, & eſſe ſicciorẽ, quàm continere ſucci minus. Nam poteſt ſuccus qui per rem ipſam ſparſus erat, eſſe expreſſus, aut effuſus, extratuſúe, ipſa ĩ ſe ipſa re facta humidiore. nihil enim prohibet membrũ natura ſicci⁹ ſucci plus cõtinere alio

alio humidiori, ꝓprius enim reb⁹ humor à ſucco quẽ vt vaſa continent, qui ſuę ſubſtãtię pars minime eſt, diuerſus eſt. In hãc ſententiã dixit Gal. Verũ hæc eueniũt, q qui in vaſis aliiſq; ſpatiis eſt ſuccus, exhauſt⁹ ſit, at partes genuinę ſolidęq; nulla ſui parte ſicciores euadũt. Si igitur hoc loco Ariſt. elixa ſicca. quaſi exſucia vocauit, rectè dixit: ſin tñ nomine hoc ſicciora vſus eſt ꝓpriè, in re ipſa errauit, Nã ſucc⁹ elixãs haud extrahit à re elixãda humorẽ natiuũ partiũ, eum inquam qui ex primis elemẽtis eſt (nã ita non video cur actio hæc non eſſet putredo potius quàm concoctionis modus quidã) ſed ſucc⁹ qui eſt in vaſis extrahitur à ſucco continente, natiuus verò humor quandã cum ſiccis partib⁹ mixtionem cõparat, erat em̃ in re cruda incõtentus. & indomitus quadã tenus, deinde inter elixãdũ domatur, ſiue is ſit ſpirituoſus, ſiue aqueus humor. Atq; hac ratione elixatio modus quidam concoctionis eſt, In hanc ſententiam dictum eſt ab Ariſtotele Elixatio, in ſumma, id eſt communi ratione, concoctio eſt (intellige imperfecta) à calore profecta humido, id eſt à ſucco calido, in quo res coquitur, cum ſuccus in rebus quæ elixantur, inditus (id eſt natura

le rei quæ elixatur humidum) indefinitus ſit, id eſt indomitus & exorbitans, ac male mixtus. Is autem humor (id eſt naturale humidũ) vel ſpirituoſus eſt, vel aquoſus. Ex his ſatis liquet perperam, & non ſine ſenſus verborum corruptione, legere Alcyonium cum humor in reb⁹ quæ elixantur inditus indefinitus ſit & aquoſus. Nã ſi aquoſum eſſe opporteret humorem rei quæ elixatur, male Ariſtoteles addidiſſet, is autem humor vel ſpirituoſus eſt vel aquoſus. Prętérquam quod apud Ariſtotelem ita ſcriptũ eſt, οὗ ἐνυπάρχοντος ἀορίστου ἐν τῷ ὑγρῷ. id eſt, eo quod in humido (hoc perinde eſt ac ſi dicas, humore) exiſtente interminato. ex dictis ſatis liquet non omnia corpora eſſe elixabilia. Nam neque ea quæ nullum humorem habent vt lapides, neque ea, quæ quanquam habeant, tamẽ nulla ratione ſuperari poteſt, propter denſitatem, huiuſmodi ſunt ligna. Quanquam ligna quodam modo elixari dicuntur, per methaphoram ſcilicet, ita & aurum, & argentũ, & lac & alia multa. Nam vt elixationum quædam eſt propriè, quædã per methaphorã dicta, ita elixabilium quędam prorie id pati, quędam per methaphoram dicuntur in latiori autem

Notatur verſio Alcyonij.

tem ſignificatione elixari dicuntur, quæcunque ab igne craſſa fiunt, aut cõtractio ra, minoriſq; molis, & grauiora, & quæcunq; ſecundùm alias partes, vidẽtur craſſeſcere, ſecundum alias tenuari, ſeparatis per ignem craſsis partibus à tenuibus. Ita elixatur lac ſeparato ſero à caſea parte, & à pingui, ita etiam elixantur metalla, cum liquatione puriora fiunt, abſcedentibus fæcibus. Ariſtoteles nullo dictorum modorum elixari poſſe oleum per ſe aſſerit, ideſt ſolum, & cum nulla alia re miſtũ (nam cum aliis rebus uidetur elixari, cum multa condita oleo elixationem ſubeãt) quandoquidem (inquit) nullum horum pati poteſt. Id eſt neq; craſſeſcere poteſt, neq; grauius fieri, neq; in diuerſas partes diſtribui, huius rei cauſam Alexander (ac cum eo alij fere omnes) in magno olei calore, & forti ſuarum partium permixtione, contingente ob lentorẽ eſſe dicit. Cæterum aberrat, vt qui medicamentorum vires minus calleat. Oleum namq; tam lõge abeſt vt ſit calidiſsimũ, vt ne calidum quidem ſit, ſed temperatum licet illud ex plorare experimẽto. Nam oleum noſtris corporibus ad motũ nihil facit, quod ſentiri poſsit aut calefaciendo aut refrigerando,

Oleũ non eſt calidũ

Olei nat

do, niſi forte ex applicationis modo. nempe ſi calidum admouetur calfacit, ſi frigidum refrigerat. Vtimur in componendis medicamentis oleo, non tam vt medicamento quã vt materia medicinali. quia eſt temperatæ qualitatis. Aliam igitur propoſiti problematis opportet rationem inueſtigare, quam non aliunde melius accipiemus quàm ex rei ipſius, quæ aſſeritur, intelligentia. Non enim omninò verum eſt oleum nulla ratione craſſeſcere. Nam capite. 7. huius libelli ſcripſit Ariſtoteles ipſe, oleum ab vtroq; craſſeſcere à calido nempe & à frigido, atque ita inquit, craſſitudo & candor tum ab igne tum à tempore in oleum inducuntur. Gale. lib. 2. de ſimpl. medicamentorum facultate capit. 18. docet modum quo tenue excrementum ab oleo ſeparetur, ipſumq; oleum album fiat, & craſſum. quod fit vaſe aliquo oris latioris oleo pleno, in feruente ſole agitato, aut ſuppoſito aliis vaſis continentibus calidos cineres, conſtat ergo hanc olei denſationem & expurgationem à calido agi, quare videtur elixatio quædam. Certe quod ab Ariſtotele in præſentiarum dicitur, ita venit intelligendum: oleum neque denſari, neque grauius poſſe fieri,

Quomodo poßit oleũ craſſum & album reddi

7

7

fieri, neque eius partes ſeparari, vt aliis ſuccis hæc accidunt, putà ad ardentem ignẽ, nam ad ſolem aut ignem intermortuum cuius modi eſt in calidis cineribus denſatur & dealbatur, & expurgatur à parte ſeroſa & fului coloris, quæ mordicationem efficiebat. habet enim oleum non minus quàm vinum & lac & alii ſucci craſſas & tenues partes, ac mediocres. Cauſa verò cur ad ignem nunquam craſſeſcat aut elixetur modo aliquo, ad ſolem verò aut cineres fiat album & denſum & ſuaue, in modo ſubſtantiæ ſuarum particularum eſt. Cum enim totum oleum ſit pingue, ab igne facile inflãmatur, quanquam ergo tenues aliquot partes diſſolutæ expirent, totum craſſum aut graue nõ fit, quia reliquæ partes inflãmatæ tenuantur, & ex aqueis aëreæ fiunt, quare ad ignem oleũ contraria omnino patitur. fit enim tenuius & guſtui mordacius, ad tuſim magis irritans, & mordens oculos. Vbi vero calor tam mitis eſt vt tenuiſsimum excremẽtum diſſoluat, craſsis partibus non inflammatis candidum & craſiuſculum & mite fit. Hæc tamen non eſt elixatio, ſed potius maturatio olei, externi aëris cõmoditate præſtante ſuppetias. Nã ſola diuturnitate

ſolet

ſolet oleum tale fieri, rectè ergo Ariſtoteli dictum eſt, non eſſe illud elixabile. Sed de elixatione ſatis dictum eſt.

LEuis elixatio cruditas quidem eſt ſed elixationi contraria erit autem priori illi dicta contraria, cruditas indefiniti humoris in corpore propter defectũ caloris in humore circunfuſſo. Defectum autẽ eiuſmodi cũ frigore impetere iam tradidimus, fit autẽ per alium motum. Is enim qui cõcoquit, cohibetur, defectuſq; importatur ex nimia copia frigoris, qđ in humore eſt, aut ex nimia copia, quæ in re elixãda ſit. Nam id temporis accidit calorem in humore verſantem maiorem eſſe quam vt omnino mouere

non queat, & parciorem quam ęquet, & concoquat, propterea leuiter elixa elixis duriora efficiuntur, humida verò circunſcripta magis. quid elixatio & leuis concoctio, & quamobrẽ eſſent diſputauimus.

MOdo diſputat Ariſtot. de cruditate contraria elixationi, quæ à græcis appellatur μόλυνσις Diſputat verò de ea breuiter nullas illius ſpecies referens neque nominis methaphoricas acceptiões, eo quod facile ſit hęc addere intelligentibus quæ de elixatione dicta ſunt. quando quidem quot modis dicitur vnum contrariorum, dicitur reliquũ. Scire verò expedit, non eſſe hanc paſsionẽ de qua modo diſſerimus, defectum elixationis, vt cũque is accidat (carnes enim ab igne omnino nihil paſſæ, non eſt quod magis dicantur cruditatem contrariam elixationi quã aſſationi habere, vtraq; enim carent. Sed corruptio deprauatioúe, quæ accidit rei alicui à calore in humido ambientis corporis

poris. Nimirũ elixatio eſt perfectio à calore humido continentis in humido proprio rei, cõtraria ei paſsio eſt imperfectio aut deprauatio eiuſdem humidi ab eodẽ calore. Cum verò quæ à calore continentis humidi vicientur, duplici de cauſa vicientur, aut redundantia aut defectu caloris qui eſt in continente (non enim res elixandæ quantocunque elixantis calore gaudent, ſed mediocri quodã) à medicis quidẽ vt pote ſuis vſibus accomodãtibus nomina, & de tam ſubtili diſtinctione minus ſolicitis, vtraq; ſolet appellari cruditas, à phyloſophis vero ea tantum quæ defectu caloris accidit. nam quæ redundantia caloris fit, cuiuſmodi eſt ea quæ in amaris iam redditis cibis aut medicamentis corruptis, eo quòd lento igne vt oportuit elixata non ſit, & in cibis humani ventriculi, quorum vapor nidoroſum quoddam redolet, vt ructus ſæpe declarat, apparere ſolet, non tam eſt inelixatio aut cruditas, quàm vſtio. Proinde Ariſtoteles defectu caloris hanc cruditatem ſemper fieri, recte dixit, nam vſtio neque concoctio eſt, neque concoctionis quæpiam ſpecies, neque illarum cuipiam alteratio contraria, neque cum concoctione quid

quam

quam habet, ſed eſt corruptio quædam violenta, vt cum igne comburitur lignũ, quanquam in ea corruptione aliquando maior, aliquando minor progreſſus fit. Cruditas verò de qua hic Ariſtoteles diſſerit, ea eſt proprie quæ in proprie elixabilibus (quæ eſſent talia antea diximus) deprauatio accidit, quia à parùm calido ambiente ferueſiunt, vt cum cibi qui ad eſſum parantur, redduntur inſuaues, quia ignis ſufficiens non admouetur tempeſtiuè. Cibi etiam in ventriculo patiuntur hanc cruditatem cum aceſcunt, ſemper enim ad defectu caloris patiuntur, eſtque per hanc cruditatem maior ventriculi calor, quàm cum omnino non alterantur cibi, quod malum apepſiam vocant quia in hac cruditate calor ſi non coquit, at mouet ciborum humidum, ſed per apepſiam ne mouet quidem. huc reſpexit Hippo. in Apho. dicens, in longis leuitatibus inteſtinorum ructus accidus, qui prius non erat ſignum bonum. Nam quanquam ructus accidus ſignificat cruditatem contrariam elixationi, ſignificat tamen calorem cibos aggredi, quod in longis inteſtinorum leuitatibus minimè facie-

Cibi ſemper aceſcũt frigore.

faciebat. Recte itaq; dicit Ariſtoteles cruditatem hanc fieri cũ calor in humido verſans, languidior eſt quam omnino nõ moueat, & parcior quam vt æquet, & concoquat. Hoc etiam dixit Auicena fen. 13. 3. his verbis, Acetoſus ſapor ſignificat frigus ſtomachi, ſed minus frigore cum quo non diggeritur cibus omnino. Et quandoque ſignificat calorem debilem cũ humiditate facientem ebulire humiditatem parum, qui poſtea ſeparatur ab ea, deficiens in diggerendo, quare accidit acetoſitas. Dictio hæc Auicenæ alioqui inelegans ſatis declarat quæ Ariſtoteles docet præſenti loco. Iam verò quod ab eo dictũ eſt rem aliquam pro elixatione pati ſolere contrariam cruditatem duplici de cauſa, aut quia calor elixantis eſt paruus, aut humor elixandæ rei immodicus, nihil eſt difficile. nam cum elixatio fiat calore ambiẽtis humidi vincente humidum rei, cõſtat vtraque ratione fieri poſſe vt non vincat, vel quia hoc eſt minimum, vel ille imbecillior. Quod tota hac cõmutatione obiter dictum eſt. accidum ſaporem frigore fieri, non recipitur à medicis omnibus citra controuerſiam, tamen quia in controuerſiarum medicarum lib. 6. monſtratum à

me eſt, & ad pręſentem doctrinam, non adeò multum facit, prætereo modò. Cruditas hæc elixationi contraria, non minus dicitur aliquando per metaphoram, quàm elixatio. Nam vt proprius elixari res poteſt, ita proprior eſt eius inelixatio, vt minus proprie, ita minus propria.

ASſatio concoctio eſt à calore ſicco & alieno. ob eã cauſã, ſi quis elixans faciat, non ab humidi ſed ab ignis calore mutari, & concoqui, cum perfecta erit ea actio fiet aſſum non elixum. & cum id redundanter fit vti dicitur à ſicco, tamen calore fit perfectum, cum ſiccius factum fuerit. idcirco partes externę internis ſicciores ſunt: in elixis contra. atq; maioris operis eſt in his quę manu fiunt, aſſare quã elixare. difficile eñ eſt

partes externas & internas equabiliter calefacere. nam igni propiora celerius ſemper exſiccantur. quare & plus. coeuntibus igitur externis meatibus non poteſt excerni inſitum humidum. immo vero intercluditur cum meatus concluduntur.

ASSATIO eſt imperfectæ concoctionis quoddam genus, non minus quam elixatio. differt vero ab illa, quod vt elixa mouentur à calore in externo humido conſiſtente, ita aſſa à calore conſiſtente in ſicco externo (hac enim ratione prius diximus quę friguntur, aſſari potius quam elixari) hinc fiunt duo, primum in aſsis extremas partes ſicciores eſſe intimis: ſecundum, maiori arte opus eſſe ad aſſandum carnes, quam ad elixandum. Nam in his ciborum pręparationibus experi debet equalitas alterationis ſecundum partes, ea verò minime ſeruari poteſt in aſsis. Immo vero niſi ſit ſuæ artis

tis peritus coquus, quique verſare apte ſciat, extimas partes vret, intimis crudis adhuc, atque deinde omnia in cinerem redigerit, antequam probe aſſauerit. Nã calor humidus tanto equalius calfacit, quanto minus violenter ingruit, quàm ſiccus, hinc fit vt ſuauior multo contingat calefactio in balneo, quam in igne, & vt perfrigeratos vngues in ignem admouentes cruciemur, immittentes vero in aquã blandius incaleſcamus. ſcilicet ignis quædam penetrat, quędam corrugat, quędam ſiccat. Aſſatio ergo talis quædam alteratio eſt quod de elixabili re dixit Ariſtote. & hic dicere ommiſsit, liceat nobis addere. ſcilicet vt non omnia ſunt elixabilia, quæcũque in humidum calidum coniici poſſunt, ita neque omnia aſſabilia, quæcunque ad ignem verſari poſſunt. lignum enim vri poteſt aſſari non poteſt, aqua & quæ valde aquea ſunt, neque vri neque aſſari, ſed improprio quodam modo elixari, vt prius diximus: ſane neq; quę ualde humida ſunt, neque quæ tam ſicca vt ab igne quodam modo emolliri non poſsint aſſabilia ſunt.

Cur vngues perfrigerati ad ignem doleant, immerſi in calidã aquã non doleant.

Quæ ſint aſſationi apta & quæ minus.

ASſatio igitur & elixatio fiũt quidem arte, tamẽ hæc ſummatim genera, vt ſtatuimus, ſimilia ſunt ijs paſsionibus, quæ per naturam fiunt, ſed ſine nomine ſunt. ars enim naturam imitatur. nã & cibi in corpore cõcoctio elixationi ſimilis eſt. etenim à corporis calore in humido & calido fit. Et quædam cruditates ſimiles ſunt leui cõcoctioni.

CIborũ confectionẽ in ventriculo eſſe elixationem naturalẽ artificiali valde ſimilẽ, eãq; partim à ſuo illorũ, partim à noſtri corporis calore agi, in cõmentatione ſecundi capitis eſt dictũ. Quales cruditates in nr̃is viſceribus contingant nullatenus à leui concoctione diſcrepantes, nuperrime diximus.

Et

ET animal non generatur, ꝙ nõnulli aſſerunt in concoctione, ſed in reliquiis cibi putreſcentibus in ventre interno, ſupernum petunt. Concoctio enim agitur in ventre ſuperno, excrementa autem in inferno putreſcunt. quam ob cauſam alio loco dictum eſt.

ANte Ariſtotelem nonnulli opinati ſunt, vermes poſſe in ventriculo generari, vt & in inteſtinis. Ariſtoles vero aliter ſentit, eos ſcilicet nulla ratione in ventriculo generari. quòd ſi qui vermes euomi ſolent, eos ab inteſtinis aſcendere, atq; ita per os reiici. huius etiam ſententiæ eſt proculdubio Galenus, qui tertia particula Apho. com. 26. de lumbricorum tribus generibus (non enim ſunt in animantibus plura) aſcharidibus, rotũdis & latis differẽs, ita ſcripſit. Aſcharides igitur ſunt tenues quidam lumbrici, qui in

parte maxime inferna craſsi inteſtini gignuntur, & plurimi apparent in iumentis, male cibum coquentibus. quorum malam concoctionem fœtor indicat excrementorum. Aliud vero genus lumbricorum eſt rotundorum, qui in ſupernis magis inteſtinis generantur, adeo vt ad ipſum quandoque ventriculum aſcendant. Multo vero plures hi, quam aſcarides gignuntur in pueris. Rarior autem eſt lumbrici lati generatio, qui & longiſſimus eſt, & ſæpe per tota extenditur inteſtina. Hæc Galenus quibus aperte docet omnes lumbricos generari in inteſtinis. nam de iis qui altiſsimo loco generantur dixit, adeo vt quandoque ventriculum aſcendant. Primo etiam de locis patientibus capit. 5. in ſolis inteſtinis lumbricos fieri his verbis dixit, atque à locis ipſis morborum indicia ſumuntur, eo quod quibuſdam ſolis morbus hic accidat, quibuſdan vero ſolis nunquam eueniat. quippe ſoli oculi ſuffuſione laborant. lapis in renibus & veſica duntaxat naſcitur, atque (vt nõnullis placet) etiam in collo. lumbrici in inteſtinis gignuntur. Conſtat itaque ex his locis Galenum per-

inde

inde opinari hac in parte ac Ariſtotelem. nihilominus quibuſdam neotericis placet, contrarium aſſerere, eo quod nullam inuenire poſsint rationem quæ conuincat, nullos vermes in ventriculo generari poſſe. Nam ratio quam Ariſtoteles ipſe adſcripſit dicens; concoctio in ventriculo nauatur, in aluo excrementa putreſcunt, nihil videtur conficere, cum quoniam id quod accipit; nempe excrementa generari (nihil enim aliud Ariſtoteles inlelligit nomine putreſcentiæ, quam excrementorum generationem, quæ per putreſcentiam fit) in aluo, eſt in controuerſia conſtitutum (non enim deſunt inter huius tempeſtatis medicos, quibus hæc quoque in ventriculo generari videntur) tum etiam quia non ſatis bene videtur colligere, ſi concoctio nauatur in ventriculo, & putreſcentia in aluo, vermes non poſſunt in ventriculo generari, niſi forte addas in ventriculo ſecundum naturam habente. Nam quod in propoſitione accipiebatur ita videtur intelligendum. Nimirum in ventriculo coquuntur cibi, cum & ventriculus bene habet, & cibi ſunt bene coctiles. Nam

quodcumq; horum deſit, ſentimus multa in ventriculo, quæ in inteſtina non dum deſcendêre, pro concoctione ſubire putredinem. non ergo (dicunt) mirum erit tunc temporis vermes in ventriculo generari. Addere poſsint, quòd nec ratio quam hoc loco Ariſtotelis enarratores excogitant, videtur habere quidpiam firmitudinis. dicunt ſiquidem calorem ventriculi nimium eſſe ad animalium generationem. reſpondere ſi quidem alii poſſent, ad vermium generationem in re putreſcente multo calore eſſe opus. Nam putreſcentia per æſtatem ad ſolem cadauera, videas vermibus ſcatere, per hymem non ita, quinetiam hoc idem videtur Galenus docuiſſe, commentario nuper citato ex tertio aphoriſmorum vbi de vermium generatione ita ſcriptum reliquit. Sola enim putredo hæc non eſt ad generandum ſufficiens, ſed & calore plurimo indiget. Præterea quanquam ventriculus maximo abundet calore, cum bene valet, ac fortaſsis ad animalculorum generationem nimio, poteſt tamen præter naturam multum refrigerari (quod factum experimur vbi cibos non concoquit, & acidum

eructat

eructat) ac tunc ſaltem vermium generationi fieret idoneus, accedit, quòd ſi tam aduerſus eſſet ventriculi locus vermibus ſtatim ac in illum inciderent enecarentur, quod tamen non fit. immo retinentur illic aliquantulo tempore, quod corroſio circa os ventriculi declarat, quæ ipſis per os eiectis ſolet ſtatim conquieſcere. His itaq; rationibus quidam nollunt ſibi perſuadere, quod de loco generationis vermium docent Ariſtoteles & Galenus. Ego vero tantorum virorum autoritati nollem quicquam detrahi, quanq̃ ſatis multum de hac re mecum cogitans, nullam rationem demonſtrantem inueniri poſſe, mihi perſuaſsi, tentabo tamen longe probabilem rationem huius Ariſtotelici placiti producere. opinor enim id eſſe verum, atq; in vermium redundantia, inteſtina eſſe pacientem locum, quamuis id fortaſis non poſsim demõſtrare. Verum conueniat mihi primùm omnium cum contraria aſſerentibus, indifferens eſſe ad hanc aut ad illam aſſertionem, hominem aliquem ventriculo laborantem aut cruditatibus, aut corroſione, iuuari manifeſte vomitu vermiculorum. poteſt enim hoc accidere, vermibus aut genitis

Vermes non poſſe in ventriculo generari probatur.

in ventriculo, aut aſcendentibus ab inteſtinis, ac ventriculo laborante per ſe, aut cum inteſtinis conſentiente, aut vtriſq; patientibus ſimul. Itaque eſt modus quo vtraque ſententia poſsit eorum quæ experimento inueniuntur rationem reddere. Aliunde igitur eſt petẽda ratio, quam vt inueſtigem, illinc incipiam, vnde ipſe Ariſtoteles: concoctio ciborum nauatur in ventriculo, excrementa putreſcunt in aluo. Cum concoctio bene atque vt oportet agitur, nullam putredinem admittit, male agi poteſt ea concoctio, vel quia non fit, imperfecteúe fit, aut quia corrumpitur vitiaturúe, quod hæc cõcoctio non fiat aut nõ perficiatur, lõge aliud eſt atq; accedere contrarium motum, non ergo quod diminutè fiat, cauſa ſit, vt putreſcat, ſed vt concoctio non compleatur, vt in elixandis carnibus, etiam ſi ignem parcius appoſueris, nunquam effeceris vt vermes generẽtur. Deprauari verò non poteſt concoctio ventriculi, quin in extremam aliquam qualitatem recidat aut accidã aut amaram acremúe, quæ qualitates hæc animalcula etiam cum magna ſunt interficiunt facillimè (nam ad vermes interficiendos acidis aut amaris po-

tionibus

tionibus ac inunctionibus vtimur) nedum vt ipſos generari permittant, nulla igitur ſupereſt occaſio generandi vermes in ventriculo ſed in inteſtinis in quibus ſuapte natura putreſcentia illa agitur per quam generantur excrementa. Quæ in humidiori natura cum multo calore, qualis puerilis eſt, vermes producit, hanc excrementorum putreſcentiam, quæ eadem quodam modo concoctio eſt, vt paulo ſupra de ſuppuratione & aliis quibuſdam concoctionibus diximus, ipſorum generationem eſſe, & in inteſtinis nauari, contra ac hodie quidam putant libro ſexto Contro. capite decimo docuimus. quare minus modo immo immorandum erit in eo demõſtrando, præcipuè cum diſſetis animalibus, ſiue nuper paſtis ſiue multo tẽpore ieiunis, ſuccum eum quem chylum dicimus in ventriculo, fæces in aluo reperiamus. Neq; enim uerè dixeris in vẽtriculo eas eſſe genitas, & in aluo à reliquo ſucco ſeparatas, quandoquidem nõ agitur in inteſtinis ſola ſeparatio, ſed alteratio, qua calorem quendam ac conſiſtentiam & quendam fætorem fæces comparant, tales fiunt, quales tu nunquam feceris quantumuis quacunq;

cunq; arte deſicces, ac tenues partes à chylo exprimus. Itaq; putreſcunt in aluo excrementa generanturq; interim, atq; ibidem vermes fiunt, qui ſiquãdo euomuntur illinc aſcenderunt ad ventriculum, in quo ciborum concoctio agitur. Quamobrem vtrunq; fiat, concoctio inquam in ventriculo, & excrementorũ putreſcentia in aluo, alio loco docuit Ariſtoteles, putà lib. 3. de partibus animalium cap. 14. vbi ita dicit. Pars enim alia cibum ingeſtũ complecti, alia excremẽtum materiamq; ſuperuacuam capere debet: quarũ actionum vt tẽpus diuerſum eſt, ſic loca etiam diuerſa haberi neceſſe eſt. Ex his ſatis conſtat quàm ſiniſtrè Nimphus & alij quidam interpretentur Ariſtotelem, dicentes verba vltima pręſcriptę dictionis perinde ſignificare ac ſi dixiſſet. Sed vnde valeat hæc cõſequentia diggeſtio (ita illi loquuntur) fit in ſtomacho ergo nõ fiũt in eo vermes alio loco diximus. qui tamen deinde nullum locum Ariſtotelis poſſunt producere vbi id docuerit, vt ſi nihil aliud, hoc ſaltem ipſos debuiſſet admonere ſuæ ſiniſtræ interpretationis. Cõſtat non minus Alexandrum atq; cum eo alios quoſdam minus aſſequi Ariſtotelis mentem. dicunt ſi-

Siniſtrè interpretatũ Nimphus Ariſtotelem.

Notatur Alexander.

ſiquidem illum nihil aliud aſſerere, quàm in ventriculo nullos vermes generari, cũ ventriculus naturaliter coquit, quaſi verò in inteſtinis cum ſecundum naturam operantur, generari poſsint.

LEuis igitur elixatio elixationi contraria eſt, eſt etiam affectio quædã obſcurior tamen nomine, quæ aduerſa ei concoctioni, quæ tanquam aſſatio dicitur, eſt, illi tamen ſimilis, ac ſi fiat toſtio, nõ aſſatio ob caloris inopiam, quæ certe accipere conſueuit vel propter externi ignis tenuitatem, vel propter aquæ multitudinem, qua res quæ aſſatur affluit. Tunc enim plus eſt quàm vt omnino mouere non queat, minus autem quàm vt concoquat.

ANalogia elixationis & contrariæ illius paſsionis explicat Ariſtoteles paſsionem aſsationi contrariam nimirum vt elixabilia nònunquam vitiantur, vitio, elixationis perfectioni contrario, re pro dulci & cocta, facta aut accida aut nidoroſa & corrupta, idque vel defectu caloris in humido externo, vel redundantia humidi in re elixabili, ita res aſſabilis, nunquam vitiatur aut propter ineptitudinem rei quæ aſſationem ſubit, aut q̃a calor igneus eſt impotẽtior quã vt aſſet, mouet tamen, atq; ita vitiat. Verum eſt, paſsionem hanc & nominatu & intellectu eſſe difficiliorem vitiata elixatione tamẽ eſt appoſitiſsimum exẽplum in panibus qui in furno acceſcunt, nimirum illi cum deberent aſſari, vitiantur.

QVID igitur eſt cõcoctio & cruditas, & maturitas & immaturitas, & elixatio, & aſſatio, & contraria his dictum eſt.

Epylogum facit.

Caput

CAPVT IIII.

DIcendũ autẽ genera patibiliũ humidi & ſicci, prĩcipia verò patibilia corporũ humidum & ſiccum conſtituuntur, alia mixta ex his, vtrius verò magis, illius magis naturam habet. vt hæc quidem ſicci magis hæc humidi, hæc autem omnia partim ſunt in actu, partim im oppoſito, ita habet eliquatio ad eliquabile, Cum autem humidum facile terminetur ſiccum difficilè, patiuntur quidam ſimile ei quod ſculenta & condimenta mutuò, humidum enim ſicco præſtat, vt terminetur & vtrumque alteri vt gluten fit, vt Empedocles fa

ciebat

ciebat in Phyſicis, farinam aqua admiſcens, atq; ita ex ambobus fit corpus terminatum, dicuntur elementorum maximè propriè, ſiccum quidé terræ, humidum autem aquæ hac de cauſa corporum terminatorum, hinc nullum ſine aqua & terra eſt: cuius autem facultate magis eſt, illius unumquodq; dicitur, & in aqua & terra ſolùm ſunt animantia, in aëre & igne non ſunt quia corporum materia ſunt hæc.

SCimus iam à principio de paſsionibus corporum mixtorum & earum cauſis hoc in libello agi ab ariſto. Dicit ergo modo velle ſe aggredi diſputationem de iis paſsionibus, quæ à patibilibus qualitatibus humore inquam & ſiccitate in rebus emanant: innuēs ſcilicet, ſe hactenus

de

de paſsionibus quę à calore & frigore pro cedant egiſſe. Egit vero hactenus de concoctione & illius differentiis, ac de paſsionib' illis cōtrariis, ac de rebus coctibilibus & incoctibilibus, maturabilibus. ſ. & īmaturabilibus, aſſabilibus & inaſſabilibus, elixabilibus & inelixabilib', eſt actur' modo de concretione, & eliquatione, mollitione, intinctu, flexu, ruptione, fractione, impreſsione, formatione, cōpreſsione, tractu, ductu, ſciſione, diuiſiōe, lentore, ſubactione, vſtione, ſuffitu. Et contrariis & de iis quæ has paſsiones accipiunt aut nō accipiunt. Vt de concretili & inconcretili eliquabili & ineliquabili, emollibili & inemollibili, tinctili & intictili, flexibili & inflexibili, friabili non friabili, fragili & infragili, impreſsili & inimpreſsili, formabili & non formabili, compreſsili & incompreſsili, tractili & intractili, ductili & non ductili, fiſsili & non fiſsili, diuiduo & indiuiduo, lento & friabili, ſubactili & inſubactili, vſtili & non vſtili, ſuffitui apto & inepto. Sed qua ratione hæ paſsibiles qualitates ſequuntur, & illæ agētes, ſicut in principio hujus operis dixim', omniū eorum quæ circa noſtra corpora contingunt, à qualitatibus agentibus aguntur, &

per paſsibiles recipiuntur? Neq; verò hoc de illis ſolum paſsionibus, de quib' hactenus egit, dictũ ſit, ſed ita eo loci ab Ariſt. ipſo eſt ſcriptum. Nam calor & frig' in rebus naturæ om̃ibus, videtur figurare ſuiſque finibus deſcribere, coagmentare, & quę tum eodem ſimiliq; genere, tum diſsimili ſũt, mutare, humectare, arefacere, obdurare, & mollire. Ergo emollitio induratio & concretio & liquatio calore aguntur aut frigore, cur ergo affectiones paſsibilium appellãtur? Scire licet has affectiones de quib' eſt dicendum modo, ad qualitates patibiles magis referri. eo qđ quanquam calore aut frigore agantur, tamen paſsiones quæ comparantur, in modo patibilium principiorum habent eſſentiam. voco paſsionem quæ comparatur, vt molliciem, qua ea comparatur, vt emollitionem. Itaq; emollitio, eliquatio, denſatio, & alię tales paſsiones, calore aguntur aut frigore, tamen mollicies, liquor, denſitas, non habent in calore eſſentiã neq; molle liquidum & denſum in calore aut frigore conſiſtũt, ſed humore aut ſiccitate. Vt molities & liquor in humore qui eſt actu denſitas contra & durities in ſiccitate quę eſt actu quanq̃ poſsit eſſe cũ humore in

potentia

potentia. Tamen maturitas nõ habet eſ- ſentiã in modo humoris aut ſiccitatis, quã q̃ hic accedit, ſed in caloris naturalis pfe- ctiõe. has affectiões haud obſcurũ eſt poſ ſe ſecũdum actũ aut potentiã de re aliqua dici, nã hoc loco nihil aliud ſignificat qd- quid aliis locis ſignificet nomẽ ἐντελεχεία quo hic vtit̃ Ariſt. q̃ actũ vt ad potẽtiã di citur qđ exẽpla palã faciũt, ait.n. ita habet eliquatio ad eliq̃bile.ſ. aliud eſt rem liq̃ri aut liquatã eſſe, aliud eſſe liq̃bilẽ, verũ hęc oĩa & cũ actu dicũtur, & cũ potẽtia, in hu more & ſiccitate habẽt eſſentiã, vt expli- cuim⁹. Sed eſt hoc loco perpẽdendũ, Ari ſtot. dicere, elementorũ, aquã eſſe primo humidã quanq̃ intelligũt oẽs Ariſtotelici ex. 3. c. 2. de ortu & interitu, aẽrẽ eſſe ſum me humidũ, aquã nõ ſumme humidã, ſed frigidã. Certe põt, cui placet, dicere, Ari- ſtotelẽ non aſſerere aẽrẽ eſſe humidiorẽ aq̃, ſed aẽrẽ habere pl⁹ humoris q̃ habeat caloris. Aquã vero vt eſt ſũme frigidã, ita eſſe ſũme humidã. Nõ.n. video q ita dice ret quib⁹ autoris verbis cõuinci poſſet, cũ ille ita ſcripſerit. Et qm̃ quatuor ſunt ea, quæ ſpeciẽ corporib⁹ largiuntur, ſingula corpora ſingulis qualitatibus præcipue inſignia redduntur. Terra ſiccitate po-

ἐντελε- χεία. quid ſig- nificet.

tius quã frigore: aqua frigore magis quam humore, aër humore poti᷒, quàm calore: ignis calore magis quàm ſiccitate. Hæc Ariſto. ex quibus non fit aërem plus humoris habere quam aquam, ſed plus quàm habet caloris. Tamẽ quoniam prior ſententia eſt omnium Ariſtotelicorũ & vt à me monſtratũ eſt. 1. libr. controuerſiarũ non improbabilis, tentãdum eſt videre an hic locus ei opinioni contrarius ſit. nõ eſt certe, nam nõ idem eſt dictu, eſt aqua primo humida, atq; eſt omnium maximè humida. Siquidem mõſtratum eſt loco dicto. 1. in quam mearum contro. poſſe aquam eſſe aëre minus humidam re vera, tamẽ humectare plus, eſſeq; cauſam maioris humectationis aliis reb᷒ gratia ſui modi ſubſtantiæ craſſitiei ſcilicet. Ergo quia corpora concreta ex aqua & terra comparãt corporaturam magis cauſa aquæ magis, habent partes homiomeras ſuorũ mẽbrorũ humidas, aut penuria aquæ, ſiccas. Dicet ergo primo humida aqua. Quia in rebus oĩb᷒ illud eſt primo tale, ꝑ qđ reliqua fiũt talia. Erit ergo id elementũ inter elemẽta primo humidum, per qđ præcipuè mixta ſunt humida. Vbi inquit Ariſt. hac de cauſa corporũ terminatorũ hic nullũ ſine terra &

Aqua eſt primo humida ſed non ſummè humida.

ra & aqua eſt videtur mihi verbum illud hîc addidiſſe, vt exciperet cœlũ, quod ſolidum abſq; terra & aqua eſt, ad refellendamq́; ſententiã Platonis, qui, vt ſui aſſeclę intelligunt, quatuor hęc elementa, terram aquam aërem & ignẽ in cœlo ipſo eſſe dicebat, non minus quã infi à apud nos, immo vero multo perfectius naturas ſuas retinentes. Nam aſpectabile eſt cœlum & ſolidũ. At vero inquit Plato, ſine igni videri nihil poteſt: nihil ſine ſolido tãgi, ſolidum ſine terra nihil. Ego quidem ignem quendam eſſe in cœlo, qui ei pręſtet ſplendorem, probabiliſsimũ puto, quin etiam hunc per inferna corpora ſparſum eſſe, ſpiritus animales quibus ſentimus, & mouemur, & colores & ſplendores multarum rerum, quæ perinde calidæ non ſunt declarant. Nam res illæ, ab igne oportet, accipiant ſplendorẽ, ignis enim eſt ſplendor primò. Si vero à noſtro hoc igne haberent, eſſent vt ſplendentes, ita calidæ. Nam hic ignis vt eſt ſplendens, ita eſt calidus, Verum ille cœleſtis tantum ſplendidus, ita eſt in cœlo quædam terra, qua eſt ſolidum, quędam etiam aqua, qua eſt continuatum quiddam: & quidam aër quo eſt pelucens ac diaphanum. Verum neq;

An in cœlo ſint elementa.

ille ignis, aut hic aër, neq; illa terra aut aqua, his noſtris ſunt cōgeneres. Sed quodam modo ſimiles, & multo perfectiores natura, nam ſi quis intelligat illas ſubſtantias his eſſe congeneres, eum aperte conuincit Ariſtoteles indicās cœlum ſine naturis horum elementorum eſſe. Sed qui cœlum ſimplicisſimam ſubſtantiam ſtatuunt, quid posſint dicere cœlo denſitatem & raritatem continuitatem & reliqua præſtare? Certe posſint cauſari nihil aliud, quam materiam primam, atq; proinde, ſi denegandum eſt in cœlo dictas eſſe partes elementis reſpondentes, probabilis euadit ſententia, materiam cœli non eſſe eiuſdem naturę cum materia infernorum corporum. Nam præſtat cœlo ſua materia multa eorum quæ elementa patibilia (terram & aquam dico) præſtant reliquis corporibus. Hæc accidentia quæ modo aggreditur diffinire Ariſtoteles ſunt quæ Galenus nomine modi ſubſtantiæ ſolet intelligere, ſoletque appellare accidentia quæ conſequuntur modum ſubſtantiæ nimirū patibiles qualitates (quod antea diximus) videntur ſequi magis modum ſubſtantiæ in partibus & modum materiæ, quam vires agendi, & formam.

Materia cœli lōgè differt à reliq̃ materia, niſi cœlo elemēta prima ſunt.

Quid ſit mod° ſubſtantiæ apud Galenum.

Ex

Ex his naſcitur rem eſſe liquabilem aut non liquabilem, friabilem aut lentam, quodque reliqua omnia habeat aut non habeat quoniam vero modum ſubſtantiæ partium magis ſequũtur quam calorem aut frigus, ex nullis horum poſsis intelligere, medicamentum aliquod calidum ſit an frigidum, quod à nobis libro nono Controuerſiarum mõſtratum eſt. hic itaque modus ſubſtantiæ naſcitur ex humido & ſicco, quæ in rebus ſunt. Nam nos quoque ſi medicamen aliquod aut tenuius aut craſsius, conſiſtens aut fluxum, denſum aut rarum, volumus reddere, variata proportione humidi ad ſiccum id ſolemus facere. Nam hęc ex humido aut ſicco naſcuntur. Itaque ſequuntur modum ſubſtantiæ idoneum ſicco aut humido, vt ad hoc aut illud magis inclinauerint in concretis ex elementis primis, ſequitur modus ſubſtantiæ proportionem elementorum potiſsimum terræ & aquæ. Nam horum ſunt præcipuè humidum & ſiccum. Ab his duobus elementis recipiunt res concretæ corporaturam magis quam vires, ab aliis vires magis quam corporaturam, hincque fit, vt quicunque virium agentium mo-

dus cum quouis ſubſtantiæ modo ſo=
leat inueniri. Fitque vt in animantium
corporibus terra & aqua magis appare-
ant, quanquam equalibus portionibus e-
lementorum animal eſſe conflatum nihil
repugnet. Nimirum formatur corpus, a-
qua & terra permixtis, & terra denſante
aquam vt figuram propriam poſsit reti-
nere, & aqua præſtante continuitatem
terreis partibus quæ illam præ ariditate
non poſſent continere. Ignis & aër cor-
pora peruadunt, naturale calidum & vita
le ingenerantes. vſus hos elemẽtorum in
mixtis, explicuit Auicena ſeu prima pri-
mi capitis de elementis. Ex dictis haud du
bie conſtat præter rem ſolere quoſdam
producere hunc locũ Ariſtotelis, vt hinc
argumententur, in nullo mixto poſſe eſ=
ſe equales elementorum portiones, eò
quòd aut aqua aut terra ſit equalitate ex-
ceſſura. Non enim id docuit Ariſtote=
les, ſed ſine terra & aqua nullum eſſe:
quia ex his accipit corporaturam. Huic
rationi conſonum eſt, animalia non ni-
ſi in terra & aqua poſſe degere, cum quòd
equales horum elementorum portio-
nes plus præſtant grauitatis, quàm alio=
rum, leuitatis: ne dum ſi maiores ſint.

Cur niſi in terra & aqua animãtia nõ gñrant

Tùm

Tùm etiam quòd ſimilares & denſæ partes non poſſent aliunde alimentum accipere, aëreæ vero & igneæ hic quoque alimentum cõmodum inueniant, quia ignis & aër aut ſpiratio ignea & aërea per terram & aquam permeant, gratia ſuæ tenuitatis, denſa vero non permeant per tenuia. Neq; vero puta alium eſſe ignem, quam qui permeat per reliqua omnia, & illis calorem pręſtat nõ enim video quid ignem è cælo pelleret ad coquendum & mutandum & mouendum & maturandum hæc omnia, ſi ſemel in illud conſcendiſſet, ſed vt arbitror non conſcendit, ſed permeat per omnia vt opifex, omnia perficiens, cum omnia ſint ei ſubſtrata, vt materia. à nobis ad cælum ſunt omnia plena aëre, non puro, ſed caliginoſo, per quem etiam ignis permeat. eſt ſcilicet eo tenuior. Nulla itaq; animantia in aëre aut igne generantur, non innitẽtia terræ aut aquę. Quod de ſalamãdra dici ſolet fabuloſum eſſe puto. Nam ne Plinius quidem illam in igne generari & degere aſſerit, ſed poſſe illam ignem contingere ſine noxa, tam eſſe frigidam.

Ignis nõ prope cælum eſt.

Salamandra nõ degit ĩ igne

PAſsionum autem corporũ, has primas neceſſe eſt accidere terminato corpori, duriciẽ & mollitiem. neceſſe enim eſt id quod ex ſicco & humido cõſtat, vel durum eſſe vel molle, eſt ſane durum, quod non cedit in ſe ipſum per ſummã partem, molle autẽ quod cedit nõ refluens. Aqua eñ non eſt mollis. non enim ſumma pars in imũ ex cõpreſſu cedit, ſed refluit. Quãobrẽ id ſimpliciter vel durũ vel molle eſt, ꝙ ſimpliciter eiuſmodi eſt. ad alterũ autẽ quod ad illud ipſum tale eſt, inter ſe vero collata, indefinita ſunt plus & minus. Sed cum ad ſenſum ſenſilia iudicemus oĩa,

cõ-

conſtat nos tactu vt mediocritate vſos duritatẽ ſimpliciter atq; mollitudinẽ tactus fide ſtatuere: propterea durum eſſe dicimus quod illum ſuperat, id autem quod cedit, molle.

INcipit Ariſtoteles diſſerere de propoſitis affectionibus eo ordine quẽ ipſarũ natura præſtat, hoc eſt quo ordine illæ rebus accidunt. Cũ res mixtę corporaturã conſequantur vt dictum eſt coitu aquę & terræ potiſsimũ, quia in his ſunt excellenter humidum & ſiccũ: horum mixtionẽ potiſsimũ inſequentur ea accidẽtia, quæ ſunt in modo ſubſtantiæ. Naſcuntur verò ex ea primum omnium durities & mollicies. Ex ea em̃ re vera naſcuntur. Nã vbi facta eſt hęc mixtio, res eſt ſtatim dura aut mollis, ſine hac miſtiõe, nihil eſt durũ aut molle. Nã ſola aqua, aut ſola terra, ac multo minus aër, aut ignis ſolus, neq; molitiem habet neque duritiem niſi durum & molle improprie dicantur. Nam molle eſt quod cedit aliis rebus quas contingit.

Nullũ elemẽtũ purũ eſt durũ aut molle.

tingit, quod ſi tamen ita cedit vt partes abſcedant in latera, molle non eſt proprie. licet tamen id molle appellare latiuſcule patente nomine, quia ſcilicet non eſt durum. Durum enim eſt quod renititur tangenti. itaq; maſſa mollis eſt, nam cedit cōpreſſa, lapis durus quia renititur. Aqua quodam modo mollis quia nō renititur, tamen non proprie, non enim comprimitur, ſed abrrumpitur, abſcenduntq; illius particulæ, quo aliquid cedat non dirruptum, indiget partium coalitu, & difficili ſeparatione, & conſiſtentia quadam. Nā quæ fluxa ſunt, non comprimuntur. Ea ergo ſolùm quæ conſiſtentiam quandam propriam habent, & figuram propriam rētinēt mollia ſunt, aut dura. Hæc vero accipit aqua à terra quia ab ea denſatur vt figuram retineat, & terra ab aqua, quia per eam continuitatem partium accipit. Ergo neq; ſola terra, neq; ſola aqua proprie eſt mollis aut dura (eadem eſt aliorum ratio) ſed mixtione humidi & ſicci fiunt ante omnes alias paſsiones, durities & mollities. Hinc palam fit, quanquā graue & leue communes paſsiones ſint elementorū & mixtorum, tamen molle & durum proprias eſſe mixtorum. Non enim elemen-

tis

tis accidunt, ſed ex elementorum mixtio ne procedunt. Cauſas molitiei & duritiei reiiciebat Plato in modum quo particulę elementorũ in ſubſtantiis concretis ſunt. Scilicet docebat elementa ſingula habere figuras quaſdam triangulares, ſecundum particulas minimas. eas vero figuras non eſſe omnibus elementis eaſdem omnino, ſed igni angulorum acutorum, terræ hebetiorum: aliis mediocrium. quibus ergo in rebus particulæ illæ ex quibus conſtat, ſunt innitentes latiori vaſi, eas reniti, quibus verò aut eæ particulæ veluti euerſæ ſint, aut anguſtioris vaſis, non reniti, itaque ex firmo aut infirmo innixu particularum, naſci rerum mollitiem aut duritiẽ. Cæterum hanc ſententiam optime videtur Ariſto. refutaſſe cap. 8. 3. de cælo & mũdo, ac oſtendiſſe, elemẽtis nullas eſſe proprias figuras. quare non ex illis naſcentur mollities & durities, ſed ex humore mollicies, ex ſiccitate durities. Nam cum aqua denſationem & ſoliditatem comparet admixtione terræ, quo minus terræ admiſtum aquæ eſt, eo partes cum tanguntur, magis cedunt: in re quæ eſt fluxa, cum tãguntur, non ſolum cedunt, ſed etiam abſcedunt. Ea verò ſicci admixtio, quæ ſolũ valet

Sentẽt. Platon. de mol. & dur.

valet fluxionem tollere, tamen non reddit rem admodum ſolidam, nec renitentem faciet, quare neq; duram. Contra cũ modico humidi multum ſicci admixtum eſt, res euadit ſolida, & renitens, atq; adeò dura. Merito ergo Galenus. 1. de temperamentis quo membrum aliquod eſt durius, eò ſiccius eſſe natura aſſerit, & quò mollius, eò humidius. Verum durum & molle cõſtat ex diffinitionibus ad aliquid dici. omnia enim quibuſdam cedunt, quibuſdam non cedunt. omnia ergo ad quædam alia dura ſunt, & ad quædã alia mollia. ergo durum & molle ad aliquid dicitur. Sed eſt quidam modus quo molle & durum ſimpliciter dicitur nimirum non ad rem aliquam aliam, cui cedat aut non, ſed cauſa paſsionis quam facit in inſtrumento ſenſus tactus. Nam hæc accidentia ſunt tactus ſenſus. quod ergo tactui noſtro cedit, ei potiſsimũ qui eſt in internæ manus cute (ea enim pars eſt omnium tẽperatiſsima) molle ſimpliciter eſt, quod nõ cedit, durũ. Nã ꝙ ad normã ipſam & regulã, quæ ſemper eſt in ſenſu, tale eſt, debet cẽſeri ſimpliciter tale. verũ videri poſſit mollities nõ eſſe accidẽs ſenſus tactus, ſed aliis etiã ſenſibus poſſe cognoſci. Nam

Durũ & molle ſimpliciter aut ad aliquid.

videns

videns quidem rẽquãpiam in aliã incidere, hãc illa, aut illã hac ſentio eſſe molliorẽ. Certe molle & durum ſimpliciter appellatum proprium accidens eſt tactus, quodque per ſe ſentitur, tamen vt dicitur ad aliquid, aliis etiam ſenſibus ſentitur, eſt tamen illis in numero eorum quæ vulgo vocantur ſenſibilia per accidens.

Durũ & molle an ſenſibilia ꝓpria an cõmunia.

Caput quintum.

ENimuero neceſſe eſt ſuis terminis concluſum corpus, vel durum vel molle eſſe. Nam aut cedit aut non cedit. Coire etiam debet. hac enim re circũ ſcribitur. quapropter cũ omne corpus definitum, & conſtitutum, vel molle vel durũ ſit (hæc autẽ gelatus quidã ſunt) omnia profecto corpora cõpoſita, atq; definita, nõ ſine gelatu cõſiſtet, itaque de gelatu verba facere

debe-

debemus. Duæ quidem cauſæ in materia ſunt, agens & perpeſsio, id quod facit, vt vnde motus proficiſcitur, perpeſsio autem, vt ſpecies. quare & gelatus, & effuſionis, & rationis ex ſiccandi, & humectandi, Agẽs duplici facultate agit, & patibile patitur duplici perpeſsione, vt dictum eſt. facit quidem calido & frigido perpeſio autem vel preſentia vel abſentia calidi aut frigidi. Sed quoniam concreſcere quodam modo ſicceſcere eſt, hac de re primũ loquamur. Patibile vel humidum vel ſiccum vel ex ipſis cõſtituitur. Poſuimus aquam corpus eſſe humidi, terram ſicci, nam humidorũ

midorum & ſiccorum hę patibilia ſunt. Ac propterea frigus magis ad patibilia referri poſſe videtur, in his enim eſt. conſtituimus enim terram & aquam frigidam eſſe. At frigus agens eſt, vel vt corrumpendi vim obtinens, vel vt ex accidenti, quẽadmodum prius dictum eſt. Si quidem frigus aliquãdo & cal facere & cõburere dicitur, non more quidem caloris, ſed quod calor in vnum conducatur, aut certe aduerſo teneatur conatu ſiccãtur autem quę aqua ſunt, aut aquæ genera. vel habent aquam, ſiue aduẽtitiam, ſiue natiuam. voco autem aduentitiã vt in lana, natiuam vt in lacte.

aquę vero genera huiuſmodi, vinum lotium ſerũ, atq; omnino ea in quibus nihil aut parũ deſidet, idque non cauſa lentoris. nonnullis enim rebus cauſa quòd nihil deſideat eſt lentor, vt oleo & pici. ſiccantur verò omnia vel calefacta vel refrigerata, ambo autem calido & ab interno calore, aut ab externo, etenim quę frigore ſiccantur, vt veſtis, ſi ſeparetur ab ipſo humidum, à calore interno in vapores ſoluente humidum, ſiccantur, cum exiguum ſit humidum calore euaneſcente actione frigoris ambientis. ſiccantur ergo vt dictum eſt, omnia, vel calefacta vel refrigerata

rata, & omnia calido vel interno vel externo humidum ſoluente in vapores. voco autem externum, qualem habent elixa, internum verò cum humidum caloris quem in ſe habet, expiratione cõſumitur. de deſiccatione ergo dictũ iam eſt.

INcipit Ariſto. agere de cauſa qua res cõgelantur, & liquantur. agit verò de his hoc loco, quia durities & mollities, de quibus hactenus deſſeruit, non poſſunt ſine gelatu conſiſtere. Nã non poſſunt corpora dura aut mollia eſſe, niſi coeant illorum partes. res enim omnino fluxas, diximus, neq; duras neq; molles eſſe: coitus vero partium fit per gelatum quendam & concretionem, proinde de gelatu agit primo: ſecundo de liquatione illi contraria. Dicit igitur gelatus & liquatiõis duas cauſas eſſe, agentem & patibilem: agentem, eam à qua motus proficiſcitur, patiẽtem, per quam affectio ipſa recipitur in materia. itaq; totidem & eiſdem cauſis conge-

lari corpora & liquari, quot & quibus de ſicantur & humectantur. Nam res quæ in aliam agit illam denſans aut liquans, duplici facultate agit, calore nempe aut frigore, quod afficitur, denſatur inquam aut liquatur, id patitur, quia accipit calorem aut frigus, aut quia illorum aliquo priua- tur. Sed inquit gelari quodam modo eſſe ſicceſcere. Proinde dicendum eſſe qua ratione res ſicceſcant. conſtabit enim ſtatim qua ratione gelentur. Repetit humidum & ſiccum vel quod ex ipſis conſtituitur eſſe patibilia. Nimirum aqua & terra gratia humoris & ſiccitatis patibilia ſunt, & mixta quæ ex his conſtituuntur, gratia etiam illorum. quoniam verò frigus eſt, in aqua & terra, quæ inter elementa maxime patibilia ſunt, inquit, frigus ad patibilia etiam quodam modo poſſe referri, quanquã illud ſit efficiens duplici ratione, primum corrumpendo, ſecundo ex accidenti, redendo ſcilicet calorem fortiorem. Addit ea poſſe deſsicari quæ aqua, aut aquæ genera ſunt, vel quæ aquam aduentitiam continent vt lana, vel innatã, vt lac. Aquæ genera appellat res omnes fluxas ac liquidas, in quibus nihil aut quã minimum craſsi reſidet, cum is liquor len

tarum

tatum partiũ non ſit, vt vinum lotium ſe rum, & talia omnia. Additum eſt cum is liquor lentarum partium nõ ſit, quia pingues ſicci, vt oleum & pix, non ſunt neq; habentur aquei, nam quod nihil fere in ipſis ſubſidat, lentor facit. Hanc nominis aquæ vſurpationem inuenimus etiam apud Hippo. libello de corde, vbi ita eſt ſcriptum. Sanguis enim non eſt natura calidus. neq; enim alia aliqua aqua. Præterea omnia inquit vel à calore vel à frigore ſiccari, & quæ à frigore ſicces cũt, illa etiam à calore illud pati per ſe, à frigore ex accidenti. Nam frigus nõ aliter deſsicare quã cogendo calidum internum, atq; ita reddendo illud fortius, quod deinde humorem abſumit. Itaq; tunc quoq; rem diſsicari à calore ſed interno quare omnia ſiccari à calore vel interno, vt quæ à re frigida patiuntur, vel externo, vt ea quæ elixantur, quæ ſicceſcunt, calore externi humidi euocante calidum internum, ac cum eo humidum. Hæc docet Ariſto. quorum pleraq; indigent animaduerſione. Nam primò quod dicit frigus magis ad patibilia referri poſsit, vere ſane dicit, tamen in reddenda ratione minus aliquantulum quam oportuit frigori tribuit. Nam præ

Frigus dẽſat per ſe ter duo illos actionis modos quos Ariſt. refert, habet alium quem per ſe ineſſe frigori Ariſt. denegat, ineſſe tamẽ nos monſtrabimus, denſare videlicet. Verum hæc *Frigus corrũpendo tantũ agere cur dicatur.* addemus ſtatim. Quod frigus corrũpendo tantũ agere dicit, ne ita intellige, vt putes, frigus nõ poſſe frigus aliud generare, ſed tantum calorẽ extinguere, id enim falſum eſt prorſum, cum qualitas efficiẽs ſit, & ſibi ſimilem hac de cauſa poſsit generare, ſed memoria repete quod in principio commentarii huius diximus, quaſdam eſſe violentas rerum generationes, cuiuſmodi eas eſſe diximus, quæ inter elementa contingunt, de quibus Ariſto. lib. de ortu & interitu diſſerit, alias eſſe naturales, quæ non tam aguntur violentia externi corrumpentis, quàm internis rei quæ cõmutatur principiis. ad hos naturales rerũ ortus nihil pręſtat frigus, niſi forte ex accidenti. Illi enim nũquam aguntur ſine maturatione quadam ſubſtantiæ. frigus vero eſt ad omnem maturationem inutile per ſe. Ex hoc loco demonſtrationem accipit, quod ·11. capit lib. quinto controuerſiarum docuimus, ſcilicet frigus ad nullam earum actionum, quæ viuentium corporum facultatibus aguntur, per ſe eſſe

eſſe vtile. Frigus etiam ſæpe ſolere caloris eſſe cauſam ex accidenti vſque adeo verum eſt, vt ſæpe medici vtantur, ad demoliendum frigidos morbos frigidis medicamentis. ita Hippocrates inquit vigeſimoſeptimo, Aphori. quinto. particulæ. Eſt autem vbi in conuulſione ſine vlcere, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſsio calorem reuocat. Calor autem hæc ſoluit. eadem ratione qua Hippo. conuulſionem perfuſsione aquæ frigidæ ſanari dicit, quanquam conuulſio ſuccis crudis & frigidis replentibus neruos fiat, Ariſtote. inquit frigus nonnunquam calfactus & vſtionis eſſe cauſam. Hic omnes Ariſtotelici cauſam reiiciunt in antipariſtaſim ipſarum qualitatum. Nobis vero ſcripta multa ſunt de antiperiſtaſi. capite quinto. lib. primi controuerſiarum, demonſtratumque nullam talem actionem fieri niſi reuocatione alicuius ſubſtantiæ quæ vim habeat inferendæ illius affectionis per ſe ſe. Vt conuulſio illa curatur ſpiritibus & calido ſanguine refugientibus frigidæ occurſum, ſubuentibuſque in neruos. Ventres hyems facit calidos eadem ratione. Quod omnia quæ ſicceſcũt calore

Frigus ſæpe eſt caloris cauſa.

Nulla antiperiſtatſis fit niſi reuocatiõe ſubſtantiæ.

aut frigore id patiūtur, falſum eſt ꝓrſum. Nam experti ſunt medici vires deſsicandi & humectandi citra calorem aut frigus inquam multis medicamentis, ſunt ſcilicet medicamenta multa ſicca cū quodā calore, vt origanum & ruta, quædam cum frigore vt ſandala, & roſæ aridæ, quædam temperata in oppoſitione qualitatem agentium, vt cadmia & fabæ, & alia cōplura. Itaq; non ſemper ſiccitas generatur ex accidenti à calore aut frigore, ſed nōnunquam etiam à ſiccitate per ſe. Sunt enim omnes hæ quatuor elementorum facultates, calor, dico, frigus humor & ſiccitas, efficientes qualitates, vt de ſententia etiam eiuſdem Ariſtotelis primo huius libri capite oſtendimus. Neq; vero medicamentorum actionibus ſolum id poteſt indicari, ſed elementorum etiam commutationibus. qua enim alia vi aqua agit in terram quam humore, aut terra in aquam quàm ſiccitate? Non enim frigore cum id ſit illis ſecundum naturam commune. An dices elementa poſſe ſeſe mutuò afficere ſiccitate & humore, non ſolum calore & frigore, tamen concreta id non poſſe? At in concretis ſeruantur virtutes elementorum, virtutes verò

Non oīa ſiccantur calore aut frigore.

ro illorum ſunt dictæ quatuor. Non ergo dubium eſt Ariſtotelem hic nonnullas deſiccationis cauſas omiſsiſſe. Iam vero quę de cauſis, quibus frigus deſiccat dixit, non minus indigent animaduerſione. Nam dicit non aliter frigus ſiccare quam veluti denſando internum calorem, eoq; abſumente humidum, vt curari conuulſionem diximus. Tamen conſtat frigus natura ſua conſtringere & repellere, conſtringentia vero & repelle͂tia, humidum exprimendo deſsicare (hac em͂ ratione præcipit Gal. 7. methodi eis qui extenuati & aridi ſunt cauere ab aſtringe͂tibus) ergo frigus conſtringendo deſiccat conſtringendo inquam partes ſubſtantię non ſolùum calorem augendo, hunc ſecundum modū deſiccationis tribuit Gal. frigori, interim non negans quæ docet Ariſto. 5. lib. de ſimp. med. facul. his verbis, frigida quidem duobus modis, nempe repellentia, ſimulq; cum calore multum educentia humorem ſicut Ariſto. docuit, hæc Gal. verum tame͂ concretionem à frigido per deſiccatione͂ fieri, in ſolis iis corporibus quæ terra & aqua conſtant debere intelligi, non etiam in iis quæ ad ſolam aquam pertinent, cap. 10, intelliges. quo

Frigus co͂ſtringe͂do diſiccat.

Duo modos denſationis omiſsit Ariſt. per deſiccationē, & per cōſtrictionem.

loco id docet Ariſt. ipſe, ex quo loco colliges Ariſtotelem intelligere, refrigerationem poſſe denſare per ſe, ſola caloris corruptione non tantū deſiccatione, vt hic dicit. verum omiſsit alios duos denſationis modos, per deſiccationem ſolā & per conſtrictionem, dices ſcio conſtrictionem ipſam agi deſiccatione (ita enim docet Ariſt. dicens, coire ac congelari quodā modo ſicceſcere eſt. Atq; nō aliorſum modo diſſerit de deſiccatione, quā ꝙ omnē denſitatē putat deſiccatione agi) itaq; frigus prius ſiccare dicta ratione, deinde ſiccatione cōſtringere & dēſare. Certe quāq̄ hæc Ariſt. cōcederem⁹, ille nō omnes deſiccatiōis cauſas enumerauiſſet. Nā quāq̄ exſiccatio, cauſa cōſtrictionis eſſet, penuria humoris laxantis, poſſet nihilominus conſtrictio ſuccedēs, rurſus exſiccationis maioris cauſa fieri, reliquū humidi exprimendo. Itaq; Ariſt. dixiſſet cauſam prioris deſiccationis, quæ calidū ſtipando fit, non tamē ſecundæ, quę fit humidi expreſſione. Neq; enim negare poſsis rem ſiccari compreſsione. Indicabo enim id exemplo eodem, quo vtitur Ariſt. lanę inq̄ madidę, quam cōpreſsione ſiccamus. Illi etiā qui caſeum volunt denſare manibus cōprimunt,

primunt, vt extrahant ſerum. Itaq; compreſsio eſt cauſa deſiccationis, & deſiccatio eſt cauſa cõſtrictionis partium. Quanquam hoc non perpetuo. falſum enim eſt quod dicunt, omnia quæ concreſcunt deſiccatione concreſcere. Nam gelata aqua concreſcit, quanquam non eſt deſiccata, id enim ſolutio indicat. Præterea quas partes calidas habet aqua, quæ fugientes externum frigus conſtiparentur, & humidum abſumerent? Aut quæ tanta humoris penuria, vt vel in partibus extremitatis ipſi' gelu humor abſumeretur? Aut quæ tãtæ partes ſiccæ quæ tam multas humidas coagularent? Non ergo aqua gelaſcit, quia ſiccatur, neq; id docet Ariſtoteles vt cap. 10. indicaturum me nuper dixi. Plato in dialogo de natura ignem inquit habere tenues particulas, eaſque angulorum & laterum tenuium, hac de cauſa omnia ſecare, & per omnia penetrare, hancque inciſionem eſſe calfactum, & paſsionem per eam factam, calorem: contra frigida elementa habere partes grandiores, eaſque proinde incidentes in aliarum rerum particulas illas comprimere, neque poſſe ſeſe in illarum loca inferere, hancque conſtrictionem eſſe frigus.

Aqua cũ gelaſcit nullaten' ſiccatur.

Sentẽtia Platonis de calido & frigido.

Vides

Vides vt Plato aperte loquatur de cauſa qua res ſunt fiuntúe calidæ aut frigidæ, vt que ipſius frigoris eſſentiam in coſtipatione collocet. Tamen reiicit omnia in corpuſcula illa triangula quibus omnia conflari dicebat, quam ſententiam vt antiquatam & improbabilem paulo ante reiecimus. Certe hæc ſententia quam minimũ diſsidet à ſententia Epicureorum qui ex atomis conflari omnia dicentes illorum vario annexu & variis vinculis varias affectiones prodire affirmabant. Sed multo probabilius Gal, cum Ariſto. docet corpora elementorum, non tãtum variè poſſe miſceri, ſed eſſe variè patibilia per ſeſe. itaque calorem frigus humorem ac ſiccitatem con eſſe in poſitu partium, ſed eſſe paſsiones totius ſubſtantiæ, in qua ſunt. Quid ergo ex hac diſputatione ſupereſt? Certe nil aliud quam frigus, non quidem eſſe denſationem ipſam, vt dicebat Plato, ſed denſare, idq; natura ſua. itaque denſitatem eſſe qualitatem quandam ſecundã, quæ per ſe ac natura ſua frigus præcipuè conſequatur. Quod ſi interroges qua id cauſa naturę ſuæ eſt reſponderim. Melius eſt in reddendis cauſis alicubi conſiſtere, quàm nunquam conſiſtẽtes perpetuò delirare.

litate. Itaque quod Ariſtot. inquit frigus conſtipatione calidi deſiccare corpora, verum eſt. Nam ita deſiccantur humecta ti nerui infuſione aquę. Tamen frigus nõ aliter poſſe id facere refutat deſiccatio quam faciunt aſtringentia medicamenta. Deſiccationem etiam fieri à calore aut à frigore verum eſt, non tamen ab his ſolis agi, indicant medicamenta tantum ſicca. Denſationem etiam ſiccitatem ſequi plerunq; verum eſt, tamen ſine ſiccitate poſſe fieri à frigore, indicat gelu. cauſas ergò quas Aririſtoteles dimiſsit iã addidimus. Sed dices, ſi poteſt cõcrectio fieri ſine ſiccitate falſo Gal. in commentario de temperameris affirmat, quò res aliqua eſt durior, eo eam eſſe ſicciorem, quò mollior humidiorem. nam durities ſequitur concrectionem, mollities laxitatem partium. Cèrte Gal. nõ ita indiſtinctè protulit, ſed addens, niſi adſit vehemens calor aut frigus. Nam ab his interturbari dicit iuditiũ eò ꝙ frigoris eſt durare etiam res molles vt aquam, caloris ſoluere etiam duras vt ferrum. Verum eſt, res duras, & ſi humidæ ſint, non poſſe ſenſu humidas inueniri, ſed rationi ſenſui adiuncta, quo fortaſſe reſpexit Ariſtoteles dicens, coire quodam

dam modo ſiccescere eſt, ſcilicet concreta non ſimpliciter omnia ſunt ſicca, ſed omnia quodam modo. Nam ea etiam quæ humida ſunt, dum ſunt dura, habent ſub duritię deliceſcentem humorem. Itaque ſi huc reſpexit Ariſtoteles, rem intellexit hac in parte optime, tamen dixit obſcure. Diximus igitur aquam partium compreſſione dureſcere, non deſiccatione. Sed argumentaberis, ſi compreſſione partim id pateretur, oporteret vt grauior fieret. Nam grauitas & leuitas ſunt vires quibus elementa, & quę eis conſtant, tendunt in loca propria, quare quod minus detineri poteſt, celerius in ſuam regionem tendit, leue ſurſum, graue deorſum, cæteris paribus quod plus eſt, min⁹ cohercetur, quod minus, plus. Hæc docet Plato his verbis. Vbi enim duo ſimul vno robore ſuſpenduntur, minus quidem magis, plus autem minus, inferenti vim cedit. Et vnum quidem graue deorſumque ferri dicitur, alterum verò ſurſum, & leue, cum ergo in dẽſiori aqua, ſub equali quantitate, plus ſit ſubſtantiæ, deſcẽderet in alia aqua, aut ſaltim non aſcenderet, ſed aſcendit vt experimento cõſtat, ergo non denſatione, ſed deſiccatione congelaſcit, videtur (fateor) hoc

Aqua & quæ aquę tantũ ſũt dureſcũt ſine ſiccitate.

Sentẽtia Platonis de leui et graui.

hoc argumentum ſatis firmum: ſed eſt alia ratio, qua poteſt gelu leuius eſſe aqua non gelata. Diximus paulo antea, aërē & ignē permeare per craſsiora elemēta, permeat itaq; per aquā multū ſubſtātiæ tenuioris, aliquid.ſ. aëris & flatus hic cum aqua ſoluta eſt, expirat, mouetur q́; per ſe ſolus, ſine motu ipſius aquę, cum vero ea denſatur, conſtringuntur pori, & flatus priuatē expiratione, qui ita concluſus gelu ipſum ſubleuat, ſed de his ſatis dixim' in vltimis capitis verbis rurſus deuoluitur Ariſt. ad eam ſententiā, quā cap. 3. refutauimus, nēpe elixa deſiccari. Sed certe quod ipſemet docet, debuit modo Ariſtotelem admonere veritatis. Nam totus eſt modo in docendo, mollitiem & laxitatē ſequi humorem & duritiē: & concretionē, ſiccitatem Quomodo ergo carnes cum fiāt elixatione molliores & laxiores, fierēt ſicciores? Verum hæc omnia illic docuimus.

Cur gelu aſcendat per aquā egelatam

Caput ſextum.

HVmectandi modus vnus eſt, aquam fieri concretione,

ne, alter autē liqueſcere quod concretum eſt, ſed horum aſpiratio refrigerata coit in aquā.

DVo modos refert humectationis, dēſationem vaporis in aquam, & diſſolutionem eorum quæ concreta ſunt. Illa fit à frigore hæc à calore. Conſtat vero eadem ratione qua moſtrauimus deſiccationis modum quendam dimiſſum eſſe ab Ariſto. putà à medicamentis ſiccis ſine calore aut frigore, dimiſſum hic etiam eſſe humectationis modum alium, à medicamentis humidis tamen, cuiuſmodi recens pinguedo.

Eſt terti⁹ modus humectandi p̃ter duo dictos ab Ariſtot.

QVid autem eliquatio & gelatio ſit, perſpicuum erit: quę concreſcunt vel ad aquam vel ad terram & aquam pertinent, atq; hæc concreſcunt aut frigido, aut calido ſicco. proin quæcunq; diſſoluuntur, eorum quæ à calido vel frigido obſtri-

cta ſunt, contrariis à cauſis diſſoluuntur. Calida enim ſicco denſata, ab aqua diſſoluuntur, quæ humida & frigida eſt. Contra frigido obſtricta, ab igni, qui calidus eſt, ſoluuntur. Denſari autem quædam ab aqua videri poſsint in aqua, vt mel decoctum: denſatur autem non ab aqua, ſed à frigido quod in ipſa eſt.

EX dictis de ratione deſiccandi & humectandi inquit Ariſtoteles perſpicuum fore, quod de congelatione & eliquatione ſciri expedit. Dicit deinde. Ea quæ denſari aut gelaſcere poſſunt, aut res ſunt naturæ aquæ tantum aut aquæ ſimul & terræ. Deinde addit, omnia, quæcunque ea ſint, denſari aut frigore, aut calore cum ſiccitate. Proinde omnia liquari aut à frigore aut à calore. Nã veriſsimile eſt omnia liquari à contrariis

cauſis, iis à quibus denſata ſunt. Ergo quæ denſantur à frigore, liquabuntur à calore, quæ à calore denſantur, liquabuntur à frigore. Hanc aſſertionem vſurpauit Gal. in comment. de temperamentis reddens cauſam qua medullæ oſsium liquari poſſunt ad ignem, medulla autem cerebri & ſpinæ non poteſt. Sed cur cum Ariſt. propoſuerit concrectionis tres cauſas, frigus, calorem, & ſiccitatem, & à contrariis fiat liquatio, liquationis collegit tantum duas, calorem & frigus? an non tribus tria oportet eſſe contraria? Cur non dixit quæ concreſcunt ſiccitatæ, liquātur humore? Vt liquationis ſint tres cauſæ, frigus calor & humor, vt concretionis ſunt tres, frigus calor & ſiccitas? Mihi videtur Ariſt. velle dēſationem à ſicco, redigere ad dēſationem à calido, eo quòd calor deſiccādo denſet. Nam vt ſtatim dicturus eſt, ſicceſcūt quæ partim terrea partim aquea ſunt, calore humorem exhauriente: ac proinde eum non dixiſſe, à calido aut ſicco, ſed à calido ſicco. Verum ego hac ratiōe mallim actionem à calido tribui ſiccitati, quam contra. Nam calor denſat per ſiccitatem, ſiccitas per ſe. Magis ergo conſonum eſt rationi, id quod eſt ex accidenti redigi ad id quod

per

per ſe, quam contra. Maxime cum monſtratum à me iam ſit, poſſe fieri deſiccationem ſine calfactione aut refrigeratione. Ergo poterit ſiccitas denſare ſine calore: non tamen calor ſine ſiccitate. Ergo vt caloris per ſe eſt ſoluere, denſare per abſumptionem humoris, & deſiccationem (nam idem eſt, ita frigoris, per ſe eſt denſare, ſoluere non niſi ex accidenti, cauſa coniuncti humoris. Id conſtat euidēter. Nam quod ab igne denſatum eſt, à frigido & ſicco nō ſoluitur. non enim in terram coniectum: ſed à frigido humore, tamē humor etiam ſine frigore ea ſoluit: immo vero etiam cū calore. Nam ſi quis lutum ad ignem duratum, in aquam calidam infundat, aut etiā in vinum (ne dicas aquam calidam eſſe virtute frigidam) calidum, diſſoluet. Ergo ea quæ ſoluuntur ab aqua, per ſe liquantur ab humore, ex accidenti à frigore. Atque vt ſemel dicam, nihil duratur à calore per ſe, ſed per ſiccitatem, neque liquatur à frigore niſi per humorem. Itaque Ariſtoteles videtur tam retuliſſe cauſas ex accidenti quam per ſe. Diſtinctius tamen nos diximus, omnia quæ denſantur, à frigore, aut à ſiccitate id patiuntur. quæ à ſiccitate, aut

Ariſt. indiſtīctè retulit cauſas liquationis & coagmentationis.

M ii à ſola

à ſola aut cũ calore. Ita omnia liquantur à calore, aut ab humore: quæ ab humore, aut ſolo, aut cũ frigore. Verũ obiecit ſibi ipſi Ariſto. Mel quod videtur ab humido denſari, quare non tantum fuerint denſitatis tres cauſæ, ſed præter tres dictas etiã humectatio. Nam, inquit mel denſari in aqua, cum elixatur, Verum reſpondet, mel non denſari humore aquæ, ſed intimo illius frigore. Ego hoc loco cogor ſuſpicari legendum eſſe ſed calore qui in illa eſt. Nam non putauerim rem quę tam longe abeſt à recta ratione Ariſtotelem affirmaſſe, aquam feruentem, frigore intimo denſare quædam. Nam quæ operantur, operantur vt ſunt in actu, non vt in potentia, Tamen aquæ feruenti nullum frigus eſt actu, ſed potentia. Non ergo poteſt operari frigore, quod potentia habet, ſed calore, quem habet actu. Si quo ergo modo mel denſatur in aqua feruente, calore ignis quo aqua feruet abſumente partes tenues, id patitur. Nam ſi frigore quod eſt in potentia mel denſaretur, multo magis denſaretur, cum frigus eſſet actu, ſed non denſatur. Nam mel in frigidam iniectum non denſatur, certe neque in calidam, niſi cum iam ſimul cũ abſumptione aquę abſumuntur

Mel non denſatur ĩ aqua feruente, frigore ſed calore.

ſumuntur tenues partes mellis, vi ſcilicet ignis. Nam denſatur mel non quidem citius in aquam iniectũ, & admotum igni, quàm ſi ſolum admoueretur, ſed tãto tardius, quantò plus aquę infunditur: id licet experiri in decoctione hydromellis & ſerapiorum, nõ ergo ab aqua denſatur mel, ſed ab igne. Itaq; humor nihil denſat, imò vero ſoluit multa per ſeſe. vt quæ ſic itate conſtricta ſunt, nam quæ frigore, hæc, non ſoluit humor. quanquam hęrebis fortaſſe in niuis ſolutione: ea enim frigore conſtricta eſt, tamen ſoluitur ab humore per ſe, nam ſoluitur infuſione aquæ, ſiue ea frigida ſiue calida infundatur. Ergo non ab aquæ frigore aut calore (nam non poſſet ab ambobus) ſed humore liquatur. eſt ergo humor aliquando cauſa liquationis in iis quæ frigore conſtricta ſunt, ſcirę licet niuem non conſtare vt gelu, aqua gelata, ſed vt Ariſto. ipſe. 11. cap. primi meteorωn dixit, ex denſata nube, antequam ſcilicet nubes abiiſſet in aquam. Cum ergo infuſsione aquæ frigidæ ſoluitur nix, non tam liquatur, quam craſſeſcit, & mutatur in aquam. Nam ſi liquaretur, gelu etiam aquæ infuſione ſolui poſſet, quod non poteſt, niſi ea admodum calida ſit. ve

rùm ſi calidà ſit, egelat. Vnde ructus duplex argumentum accipitur, ad duo eorũ quæ nuper dicta ſunt. Primò ſit, gelu non eſſe factum deſiccatione aliqua, ſed ſola refrigeratione. Nam ſolueretur infuſione humida aquæ, etſi non eſſet calida. Secundo conſtat, aquam non operari ea qualitate, quam habet potentia, ſed quam actu. nam cum calida eſt, ſoluit ea quæ concreta ſunt frigore.

QVecũq; igitur aquę ſunt, ab igni nõ dẽſantur, ſoluũtur enim ab igne, idẽ autẽ ſecundũ idem non eſt cauſa contrariorum eidem immo denſantur ꝗ calor taceſſat, propterea nõ dubium, quin per illius aduẽtum diſſoluantur. Quare denſantur agente frigore, qua de cauſa nõ craſſeſcunt, quæ ita coguntur, Craſsities enim humido abeunte fit, & ſicco coagmentato.

Fieri,

FIERI, inquit, non poteſt, vt idem per eadem facultatem, eidem, rerum cõtrariarum ſit cauſa. Addidit, eidem rei, & per eandem facultatem, nam ignis idem ceram liquefacit, & lutum indurat. Et ignis factilia primum emollit, deinde indurat, verum non eadem facultate, ſed vi calorifica ſoluens frigus, emollit primũ vi deſiccandi indurat deinde. Verum eidẽ per eandem facultatem non poteſt idem eſſe cauſa contrariarum rerum. Ergo quæ aquea ſunt, cuiuſmodi ſunt vitrum, & lapidum multa genera, & pleraq; metallorum, frigore dẽſantur. Patet, quia ſoluuntur à calore vt gelu omne calore ſoluitur, gelaſcunt vero aqua, & quæ aquea ſunt, illa ſoluuntur à calido. Verum, inquit, quæ aquea cum ſint à frigore denſantur, non craſſeſcere. Itaque aquam gelaſcentem non fieri craſsiorem. Sed quid intereſt denſiorem aut craſsiorem fieri rem? Certe intereſt quã multũ, rẽ fieri rariorũ aut tenuiorũ partium, denſiorum aut craſſiorum. Nã raritas aut denſitas conſiſtit in amplitudĩe aut anguſtia pororũ. craſsities aut tenuitas in ꝓpria partiũ ſubſtãtia, quæ ex aërea facta ſit aquea aut terrea, aut denique ad craſsiorum elemẽtorum naturam

Quæ ad ſolã aquã pertinent & à frigore denſantur nõ craſſeſcunt.

 inclinans

inclinans. Ergo ea quæ ex ſola aqua coguntur, cuiuſmodi nix, pruina, grando & gelu, nō craſſeſcunt, ſed denſantur ſolum. Cognoſcitur per ſolutionem. Nam cum ſoluuntur hæc, id in quod reſoluuntur, non eſt craſsius, quam id ex quo erant cōgelata, nam aqua ex gelu facta, tam tenuis eſt, quam ea erat, ex qua gelu eſt factum. Ergo non comparauere partes dēſitatem quampiā gelatu, ergo frigus non facit craſſitudinem, cum denſat, calor uerò craſsitudinem etiam facit, quod frigore denſatur, vt mel, in tam tenue reſoluitur, quam erat prius, tamen quod calore eſt denſatū etſi aliquatenus ſolui poſsit, id tamen in quod ſoluetur, erit craſſum. non enim ſolum denſatum eſt, ſed craſsius redditum.
„ Hinc fit vt ea quæ à calore cōcreuere mul
„ to minus diſſolubilia ſint, quā quæ frigo-
„ re, quia calor aſſumpſit humidas tenueſque partes, & craſſeſcere fecit, frigus ve-
„ ro nihil aliud, quam quòd conſtrinxit.
Hinc rurſus fit manifeſtum, recte nos antea docuiſſe, aquam, & ea quę aquēa ſunt, à frigore denſari per ſe, etiam ſine ſtipatione calidi, aut conſumptione humidi. Nam ita non tantum cōſtringerentur, ſed etiam denſarentur.

Inter

INter humida autẽ ſola aqua non craſſeſcit, quæ vero communia ſunt aquæ & terræ & ab igni denſantur & à frigido. craſſeſcunt autem & ab vtroq; eſt, cum eodem modo, eſt autem cum aliter. à calido quidem humorem exhauriente. nam per expirantem humorem, ſiccum & craſſeſcit, & cogitur. A frigido autem calidum exprimente, cum quo reſpirante humidum etiam vnà diflatur & euaneſcit.

RES omnes mixtas dictum eſt, ab aqua aut terra accipere præcipue modum ſubſtantiæ, & corporis conſiſtentiã. Illorum ergo quædam dicũtur ad ſolam aquam pertinentia, vt quæ paulo ante cõmuni nomine dicebantur aquæ genera, vt vinum lotium & ſerum. Quædam dicũtur

cuntur ad aquam & ad terram pertinentia. Atqui hæc, aut aquæ magis quam terræ, aut terræ magis quam aquæ ſunt. Quæ aqua, aut aquæ genera ſunt, nō craſſeſcunt Quia vt antea diximus, diſſerentes de elixatione, aqua non poteſt craſſeſcere. cauſa eſt, quòd hæc non habet partes terreas, quæ craſsitudinem pariant, abeuntibus tenuibus. Verum conſidera, hinc non fieri, aquæ genera, lotium inquam & vinum, non eſſe liquores, qui poſsint elixari. Nam aqua ſola nullatenus poteſt craſſeſcere, neque à calore neque à frigore, illa tamen aquæ genera, poſſunt craſſeſcere à calore elixata, ſed tunc temporis non coguntur, & conſtringuntur. Hoc enim à ſolo frigore pati poſſunt. aquea itaque à frigore non craſſeſcunt, quę vero communia ſunt aquæ & terræ, id eſt ab vtroq; accipiunt ſubſtantiæ modum, Ab vtroque denſantur, à frigido inquam & calido, & ab vtroque ſimul craſſeſcunt, quanquam hoc, puta, vt ab vtroque denſantur ita ab vtroque craſſeſcere, non eſt perpetuum. ſed eſt cum eodem modo accidit, eſtque cum aliter. Quædam enim eorum quæ ad terram & aquam pertinent, cum dēſantur non craſſeſcunt; quę-

dam

dam craſſeſcunt, vt ſtatim dicet, atque ea quæ denſari poſſunt & à frigore & à calore, nonnunquam eodem modo patiuntur ab vtroque nonnunquam diuerſo. Frigus poteſt craſſum reddere, cum ſcilicet denſat, eodem modo quo ignis, vt ſcilicet, ignis diſſoluendo humidum, ita frigus, exprimendo calidum ac cum eo humidum. nam frigus poteſt conſtringere & ſi non deſiccet, vt antea diximus. Verum dicet aliquis, res omnes mixtas, eſſe partim terræ partim aquæ. nam vt antea dixit Ariſtoteles ipſe, ſine terra & aqua nullum mixtum eſt. Certe ita eſt, eſt etiã vino & ſero ſua terra admixta, nam aliter aqua forent, non concreta, ſed ij ſucci quibus modicum terræ eſt, hoc loco dicuntur mixta ad ſolam aquam relata aut aquæ genera. Tales ſunt quos deſcripſit ipſe Ariſto. proximo ca. in quibus nihil, aut tenue, modicumque ſubſidet, ſine ſucci lentore. Verum oleum & lac & tales alii ſucci, in quibus multæ terræ partes ſubſident, aut quibus eſt lentor vel pinguedo, non dicentur ſolius aquæ, quanquam ſint liquores, ſed aquæ & terræ.

Quæ dicantur aquæ genera & cur & quæ aquæ & terræ.

Quæ-

QVæcũq; igitur mollia ſunt ſed non humida, nõ craſſeſcunt ſed denſantur exeunte humido. vt coctus later, mixta autem quæ humida ſunt denſantur etiam, vt lac.

NOmine mollium ſed non humidorum, intelige non liquidorum, vt later antequam coquatur, eſt mollis, ſed non humidus, id eſt nõ liquidus. hũc, atq; reliqua omnia quę talia ſunt, inquit Aristo. concoctione aut actione ignis dẽſari, ſed non craſſeſcere. Denſari quidem exeunte humido (vbi nõ ſine magna ſenſus verborum corruptione legit Alcyonius, per egreſſum caloris) ſed non craſſeſcere. addunt plerię; ſuorum enarratorũ, manifeſtè, eo quod non habeãt multum humorem. Sed ſi nihil aliud ſententia Ariſtotelis contineret, videtur certe inanis. Nam vt non comparant multam craſsitudinem, quia non amittunt multum humorem, ita non denſantur multum eadẽ ratione. Itaq; vt denſantur ita craſſeſcent. vtrũq; enim faciet humidi exhalatio, ſed quia

quia modicum eſt illis humidi, modicum exhalabit. Itaq; Ariſtoteles aliud innuit. Quod vt intelligas conſidera, fieri poſſe rem aliquam duriorem altera, tamen tenuiorũ partium, quã ea ſit. vt gelata aqua durior eſt oleo, tamen tenuiorum partium. Ita ſunt natura ſua multæ res duræ, quia ſunt denſæ & ſiccæ, tamen tenuiſsimarũ partium, quod cognoſcimus, quod res illæ cum confringuntur in tenuiſsimũ puluerem redditguntur, & maxime penetrant. Itaque reddi poteſt res aridior, non reddita craſsior. Nam humidi exolutio ſemper reddit ſiccius, ſed nõ ſemper craſſius re uera, & craſsiorum partiũ. ſed tunc tantum cum id humidum, quod exalat, pars erat ſubſtantiæ propriæ partium reliquarum. aut ſiccæ partes miſcentur cum reliquo humido perfecta mixtione (perfectam mixtionem voco eã quæ facit vnicam ſubſtantiam, ex iis quæ miſcentur) q iis tantum accidit quæ elixantur, vt lac, & muſtum cum fit ſapa. Eam vero craſsitiẽ quæ fit admixtione non perfecta ſed confuſione quadam rerum craſsiorum, qualis eſt ea quæ conturbatis vrinis accidit, non eſſe veram craſsitiem, ſed tũc ſolum vrinam, ac reliqua excrementa vere craſ-

ſeſcere

ſeſcere cũ coquuntur, alio loco diximus: Conſtat etiam cum ex re liqua extrahitur humidum, quod cũ partibus craſsis cõfuſſum ſit, vt in mollibus lateribus nõdũ coctis aqua confuſſa eſt cum terra, ita vt non ſint eiuſdem ſubſtantiæ partes, ſed caſu coactæ, partes craſſas videri factas, tamẽ re vera no eſſe. Huiuſmodi vero ſunt plereque rerum, quæ molles ſunt, non fluxæ. verum ſi ex auro aut argento aut re alia, natura, non caſu conſtante, humidæ partes exprimuntur, reliquum manet dẽſius, ſimul & craſsius. Itaq; lateres dureſcũt & denſantur, ſed proprie non craſſeſcũt. lactis vero partes cum elixãtur, craſſeſcũt, vt ex iis quæ de elixatione dicta ſunt, ſatis conſtat.

MVlta etiam initio liqueſcunt, quæcunq; tamẽ à frigore vel craſſa vel dura ante fuerint, vt fictile, cum primum coquitur, vapores emittit & mollitur, ideo in fornacibus torquetur.

Cauſa

CAuſa qua teſtæ in fornacibus primũ emolliuntur, quod indicat diſtortio, quæ moltis ſtatim ac igni admouentur, niſi is ſit lentus vt oportet, accidit; in promptu eſt, ſcilicet non ſtatim ac lutus fit, in ignem iniicitur, nec ſtatim ac formata ſunt fictilia vaſa, ſed continentur antea vſque dum frigore dureſcant. Ergo ignis ſtatim ac admouentur ſoluit duritiẽ quã frigus facit, deinde maiorem infert.

QVęcunq; igitur à frigido déſantur, eorumq; cõmunia ſunt, terræ & aquę plus autem habent terræ, hęc quidẽ ob caloris egreſſum coacta, ſoluuntur calido, redeunte in ipſa rurſus calore, vt in ceno cum denſatus eſt.

PErperam hic, & cum ſenſus corruptione, ommittunt nonnulli interpretes illa prima verba; quæcunq; à frigore denſantur. Sed quæ docet Ariſtote, iam dico. Quæ aquæ & terræ ſunt, & habent plus

plus terræ, ab vtroq; denſari poſſunt, calido & frigido, ſed cum penuria caloris dēſantur, vt ſol & cenus, redeunte calore ſoluuntur. Nimirum frigoris eſt denſare, caloris, ſoluere. Verùm hic conſidera, cum frigus per ſe denſat, vt ego dixi, cauſam ſolutionis eſſe in calore: quia calor ſoluit frigus, verum cum denſat, deſiccando, vt Ariſto. dicebat, & ego fieri poſſe non negaui, cauſam ſolutionis non tam eſſe in calore (nam hic augebit etiam ſiccitatē) quā in humectatione. Nam hæc eſt contraria, ei quod erat, cauſa per ſe. Fit etiam hinc manifeſtum, ad ſolutionem eorum, quæ denſata ſunt frigore per ſe, ſatis eſſe, vti calore. Verum ad ſoluendum ea quæ non ſunt tantum aquea, ſed partim aquea partim terrea, quę cum deſiccatione quadam dēſantur, aut ſolo frigore, aut calore, aut ambobus eodem modo, nō ſatis eſſe quo perfecta ſolutio fiat, contraria calori aut frigori admouere: ſed opus eſſe, vti multo humore, calido aut frigido, vt res expoſcet, & incindente. Nam humor copioſus, & vis ſecandi, ſunt contraria cauſis retinendæ denſitatis, quæ ſunt in materia, puta ſiccitati & craſsitiei calor aut frigus ſunt efficienti cauſæ contraria, quę in calore

Concreta quæ diſſoluāt vt grumos ſanguinis & cōcretū lac

lore nunquam eſt per ſe, in frigore nonnunquam. Itaq; non ſine ratione medici ad diſſoluendos grumos ſanguinis, & pituitam craſſam, vtuntur largo potu ſerapiorũ incindẽtiũ, vt poſca aut oximelite. Nam ſanguis denſatur recedentibus partibus calidis & tenuibus, terreis vero, quas Ariſto. fibras vocat, denſatis. Ergo diſſoluetur, ſi quo modo, inciſsis fibris, & multo humore dilluente, calido actu, ſed modice, ne ex accidenti deſiccet. Pituitæ etiã craſſæ admixtum eſt terræ non modicum (id indicat copioſum cineritium, & quiddam gipſo ſimile quod ex illius deſiccatione reſtat) eget ergo incindentibus, ac perinde omnes craſsi ſucci. incindentia ſunt medicamenta tenuiũ partiũ, & penetrãtia, quæ nunquã ſunt ſine calidis partibus. Verum illud non minus te monitum vellim, incindentia medicamenta, nõ poſſe veram rerum craſsitiem demolliri, eam inquam quæ perfecta mixtione conſtat, ſed eam tantùm quæ mixtione imperfecta partium craſſarum. Nam illa non fit ſine commutatione totius ſubſtantiæ, nõ ergo poteſt tolli ſine totius ſubſtantiæ ſecundum ipſum modum ſubſtantiæ contraria commutatione: vt craſsities com-

Incindentia medicamenta quæ ſint.

N parata

parata concoctione, tollitur putredine. ſi tamen inciſio non eſt alteratio ſecundũ totam ſubſtantiam. nam nihil prohibet rẽ eſſe in fruſta comminutam, tamen ſubſtantia inalterata. quod non intelligentes nonnulli medici, affirmãt, ſi cõcoctio ſemper inferret craſsitudinem, cùm medicus incindentibus plerunque vtatur, cõtra naturam eum videri agere. Sed falluntur, nam medicus procurat inciſionem, natura non concrectionem ſed verã partium craſsitudinem. Hinc etiam euidentiam habet quod. 3. li. contro. aſſeruimus, anguſtiam viarum non tollere verã craſſitudinem, vrinæ, ſed illam tantũ quæ cõfuſsione ſubſtãtiæ craſſæ fiebat. Sed oportet quiddam aliud in gratiam medicorũ addere. Si durities naſcitur ex ſiccitate & concretione, ac concretionis cauſæ ſunt quas retulimus frigus ſcilicet aut ſiccitas (nam calor ſiccitate facit) merito Galenum. 5. de ſimpli. medicamen. facultate multiplicium medicamentorum emollientium mentionem feciſſe, dixiſſeque ſecundo capit. emollentia humidiora eſſe pus mouentibus (ea ſcilicet quibus emollitur pars aliqua quæ ſiccitate indurauerit) addidiſſe vero capit. quarto & ſexto eſſe

Medici cur extenuẽt ſuccos cũ natura craſſos faciat

Vrina nõ fit tenuis obſtructione.

Emollientia medicamenta multiplicia ſunt.

eſſe aliam naturam emollientiũ, quæ ſint calida & ſicca. Ea ſcilicet quibus emolliũtur partes congeſtione ſucci alicuius præter naturam, vt ſcirrho affectæ. Addit vero Gal. hæc tantum modo ſolita eſſe mollientia à medicis vocari peculiari nomine, nam iis quæ aliter emolliunt, vt humectantia tantum, ſi quid ſola ſiccitate duruit, humectantia, calfacientia tantum, ſi quid frigore cõcreuit, calfacientia vocãt. Verũ reuera quot ſunt cauſæ duritiei, tot ſunt cauſæ emollitionis. atq; oĩa propriè emolliẽtia ſunt, vtcũq; à medicis vocent.

Sequentia verba ſunt Ariſto.

QVæcunque autem ob frigus, & calore in vapores omnino ſoluente. Hęc inſolubilia, niſi calor redundet. verumtamen emolliuntur, vt ferrum & cornu. ſoluitur autem & ferrum quod elaboratur, vt liquidum fiat, & rurſus concreſcat, & ſtomomata ita faciunt, ſubſidet enim & expurgatur ferri fęx. cum autem ſępe perpeſſum ſit, & factum purum, hoc ſtomoma fit. non faciunt vero id ſæpe, q̃a multum ſubſtantiæ perit, & põdus fit minus repurgati, eſt aũt melius ferrũ ꝙ minꝰ habet excremẽti.

Cõm. Dictũ eſt quibus modis

res denſentur & quibus ſoluantur, vt quę eorum quæ dēſantur quædam ſimul craſſeſcunt quædā minus. Iam hinc dicet Ariſto. quæ ſint inſolubilia, & quæ ſoluātur, loqueturq; de quibuſdam rebus quæ videntur habere controuerſiam. Docet Plato dialogo de natura, noſtri formatorem, oſsium ſubſtantiam ex medulla & terra effeciſſe: immergentem modò in aquam, modò iniicientem in ignem, vt ita fieret indiſſolubile tale, ſcilicet, vt neq; ab aqua, neq; ab igne diſſoluatur. Sunt illius verba hæc. Os vero ipſum ita compaſuit, terram atterens puram lenemq; miſcuit, madefecitq; medulla. Id poſtea in ignem iecit, deinde in aquā merſit, rurſus in ignē. iterum in aquam. Atque ita ſæpe tranſferens in vtrunque, tale reddidit vt à neutro liquefieri poſſet. His verbis nihil aliud innuit Plato, quàm quod hoc loco docet Ariſtot. puta, ea quæ neque ab igne neque ab aqua ſoluuntur, ab vtroque eſſe denſata. Nam cum ea quæ ab altero dēſantur, ſoluantur reliquo, ea quæ à neutro ſoluuntur, ab troque erunt denſata. Id vero ita habere in rebus ipſis indicant aperte quam multa quæ arte fiunt. Scilicet quia figuli primum durant vaſa frigore,

De oſsiū formatione ſententia Plato.

gore, deinde igne, reddunt ea indiſſolubilia ab vtroque. fabri etiam ferrarii cum metallum aliquod volunt, cum expurgatum eſt, durare, in aquam immergunt, idque non faciunt ſemel, ſed alternatim, in ignem & aquam. Hæc eſt cauſa indiſſolubilitatis. Verum eorum quæ ab igne & aqua patiuntur, à calido inquam & frigido, non omnia equaliter ab vtroque patiuntur neque ab vtroque quantum ſufficit ad integram inſolubilitatem, ſed quædam ab hoc quædam ab illo, magis quædam à neutro ſatis. Proinde inſolubilia dicuntur non ea ſolum quæ omnino ſolui non poſſunt neque emolliri, vt duriſsima lapidū genera, ſed quę difficilime liquantur, vt ferrum, quod, niſi excellens admodum ignis eſt, nunquam ſoluitur, & quæ cum liquari omnino nō poſsint, emolliuntur, vt cornu. Nam qui cornu ſecant & elaborant, emolliunt id igne, vt molleſcat, poſsitquę elaborari. Itaque ferrum, & aurum, & æs, & pleraque metallorum, inter indiſſolubilia dicūtur, quia ſoluuntur difficile. Ea ergo duritiem & conſiſtentiam accepiſſe ab aqua & igne inquit Ariſt. Nam ſi ab igne nihil accepiſſent, ſed ſolo frigore dens-

 ſata

ſata eſſent, multo facilius ſoluerentur ab igne, ſed non ſoluuntur, niſi ignis valde excellens ſit, ergo ab vtroque ſunt denſata, ſed multo magis à frigido, vt ea quæ ad aquã pertinẽt. Nã ſi magis ab igne eſſent dẽſata, ſoluerẽtur potius ab aqua quã ab igne ſed ab igne, difficulter ſoluũtur, ab aqua nullatenus, ſunt igitur frigore magis denſata, & ad aquam pertinentia. Meritò ergo Plato metalla dicit eſſe aquarum genera, id eſt, eſſe corpora ad aquam pertinentia, & frigore magiſquam igne durata. Cornu vero nullatenus liquatur, ſcilicet, pertinet magis ad terram, & minus ad aquam, quare ad ignẽ perinde patitur ac teſtæ, ſcilicet emollitur primum igne ſoluente concretionem à frigido, ſoluenteque humidum in vapores. ſtatim duratur magis, quia corpus habet terreum, aqueo abſumpto. reliqua quæ de ferro dicuntur aperta ſunt. cornu quidem ab aqua & igne concretum eſſe, non dubito. quia ne utro ſoluitur, quanquam emolliatur. ferrum tamen ego quidem non ſolum ab aqua magis, ſed ab ea ſolum denſari putauerim. quanquã Ariſto. contrarium innuit. Cauſam reddam in calce ſequentis capitis, vbi dicam, quã cauſa ſoluatur tam

diffi-

difficile. interim ſunt dicenda alia quædam. ſtomomoma apud Plinium eſt genus quoddam ſqãmæ æris, idém eſt apud Dioſcoridem lib. quinto. verum hic de alio ſtomomatis genere ſermo eſt, quod fit ferro puriori facto.

PYrimachus lapis ita liqueſcit vt ex eo deſtillet & fluat, denſatum autem cum fluxerit, iterum fit durum.

PYrimachum lapidẽ eſſe coniicio, ſpeciem quandã pyritidis, de qua Plinius diſſerit. 36. lib. cap. decimonono (eſt apud illum ſecunda pyritidis ſpecies) & Dioſcorides lib. quinto. capit. 134. is ſcilicet lapis à quo æs extrahitur. Ita appellatur, eò ꝙ ab illo ignis ſcintillæ excutiuntur. Ille primũ liqueſcit igne, deinde liqueſcentes partes frigore gelatæ dureſcunt, fitq; æs. Nimirum hac arte metalla omnia è lapidibus extrahuntur. Habent enim omnia illa lapidum genera, quæ metalla continent, partes quaſdam ad terram pertinentes, vt alii lapides, intra has, habent alias pertinentes ad aquam.

Ergo lapidibus in ignem iniectis, accidit, partes ad aquam pertinentes liquari, atq; deſtilare aut efluere, hæ deinde frigore cõcreſcentes, metalla ſunt. Terrę partes, quę fęces erant aquearum, aridiores relinquuntur.

ET molæ liqueſcunt vt fluāt, id autem quod fluit denſatum, quod colore eſt nigrum, ſimile fit gypſo.

IN antiqua verſione, quam ſecutus eſt diuus Thomas, legitur, vbi & molæ liqueſcunt. molle liquatur, intelligit vero illic nomine molle, plumbum. Ego quidem ſcripſi molæ liqueſcunt, quia in omnibus gręcis codicibus inueni καὶ αἱ μύλαι τήκονται. verumtamen non intelligo qua ratione modo dicat Ariſto. καὶ αἱ μύλαι τήκονται id eſt molæ liqueſcunt, & paulo infra αἱ μυλίαι ἄλυτοι id eſt molæ indiſſolubiles. Accedit, quod molares lapides (nam hos ſignificant hæc nomina μύλαι & μυλίαι) nõ poſſunt liqueſcere, ſed durātur igni, vſq; dū cõminuūtur, nõ liqſcẽtes. nec vero audiēd' eſt niphus quidā, dicēs, eſſe quoſdā lapides molares q liqueſcāt,

Notatur niphus q dam.

cant, quoſdam qui ſecus, illos ergo dicere Ariſtotelem primo loco, hos ſecundo. Nam oportuit hunc, ſi modo enarrabat, ac non potius viciabat cartas, diſtinguere hos ab illis lapidibus, docereque, qui eſſent vtrilibet. Sed non fecit, affirmat ergo eſſe alios lapides hos ab illis, non ꝙ ſciat, ſed quod non poſsint eſſe iidem liqueſcētes & inſolubiles. Cum igitur neq; ille ſciuerit nec nos ſciamus aliquos eſſe molares lapides qui liqueſcant, veriſimilius eſt, vitiatos eſſe Gręcos codices, atq; ſcriptum fuiſſe in antiquiſsimis, pro μύλαι, μόλιβδος, id eſt plumbum, illincq; fluxiſſe antiquam verſionem, quam diximus ſecutum diuum Thomam. Accedit ꝙ, ea quæ dicuntur ab ariſtotele, vt minime quadrant molis, ita plumbo quadrant maxime, ſcilicet illud liqueſcit & fluit, & cum prius atrum ſit, eo ꝙ terreæ in illo partes plus etiam habent terræ, quam quæ in aliis metallis ſunt, ſeparatione illarum, cum liquatur, albeſcit, imitaturq; colore gypſum. Verum rogabis cur cum plumbum grauius ſit & plus habens terrę, quam alia metalla, ad ignem liquatur citius quam reliqua, cum antea dictum ſit terrea ab igne durari, aquea emolliri? Certe plumbum

in iis partibus quas habet ad terram perti nentes, plus terræ habet, quam reliqua, ta men aqueas partes habet minus permix= tas cum terreis, & minus denſatas, id indi cat ſua mollities & flexibilitas, proinde fa cile eliquatur.

Lutum & terra liqueſcunt.

LIqueſcunt hæc à calido quia frigore denſata erant, idq; ſit cum humorem in ſe contineut.

QVAE ſicco à calore den ſantur, alia omnino in- diſſolubilia conſtant, alia per humorem diſſolubilia. Vas qui dem fictile & nõnulla lapidum genera, quæ per terram igni cõ buſtam producuntur, vt molæ indiſſolubilia ſunt.

DIctum eſt hactenus, primum gen⁹ in- ſolubilium (id erat rerum quæ frigo- re & calore concreuerant) modo ad= dit aliud, eorum quæ per terram igne cõ- buſtam

buſtam producuntur. Scilicet eorum quę ſolo frigore denſantur, & ad aquam pertinent, nullum eſt indiſſolubile, quantumuis concreuerit, ſed eorum quæ ad terram pertinent, & igne vrente producta ſunt (huiuſmodi ſunt vaſa fictilia & multa lapidum genera, vt lapides molares) indiſſolubilia ſunt. Quæ vero minus quam hæc vſta ſunt, ſolui poſſunt ab aqua, vt ſal & nitrum. ſed de his dicemus ſtatim. illud modo collegimus, duplici ratione poſſe fieri rem inſolubilem: quanquam tertiam addemus capite decimo. Sed roges cur quæ ad terram pertinent, & igne denſantur, poſſunt denſari vſquedum inſolubilia fiant; & quæ frigore denſantur, quantumuis denſentur, liquabilia manent? Certe hoc intelligi debet, de iis quę à frigore per ſe concreta ſunt, & frigore non denſante expreſsione humidi, ſed cõſtrictione partium: hæc enim ſunt ad ſolam aquam pertinẽtia, ac proinde à me paulo ante dictũ eſt, eorum quæ ſolo frigore denſata ſunt, & ad ſolam aquam pertinentia, nullum eſſe indiſſolubile. Nam frigore denſante non per ſe, ſed expreſsione calidi & humidi, nonnulla fiunt indiſſolubilia. ea ſcilicet à quibus multum humidi exhalauit

A frigore concreta, niſi id patiãtur per ſe fieri poſſunt inſolubilia.

exhalauit vt ſuccinum, verum hæc nõ pertinent ad aquam ſolum ſed ad terram magis, nimirum quanquam denſantur à frigido, non tamẽ per ſe, verum hæc cap. 10. dicturi ſumus. modo illud vnum dicimus omnia frigore concreta, pertinere ad ſolam aquam, eaq; omnia eſſe liquabilia: de iis ſolum intelligi, quæ à frigore per ſe patiuntur, hæc enim non abſumpto humido cõcreuere. Calor vero nõ aliter quam abſumptione humidi poteſt denſare, poteſt ergo denſatio à calido ea tenus procedere, vt quam minimùm ſuperſit humidi à frigore vero per ſe dẽſante, non poteſt. Porrò, vt eorũ quæ à calore denſata ſunt, liquatio fiat, opus eſt humido non minimo. non enim ſolum frigus poſsit humidum reparare.

NItrum vero & ſal ſolui poſſunt, non omni quidem humore ſed eo quem frigus committetur. Idcirco hæc ipſa omnia partim ab aqua partim ab aquæ generibus diſtabeſcunt,

ab oleo nõ item, frigidus enim humor calori ſicco contrarius eſt. Itaque ſi alterum denſabit, alterum diſſolutionem afferet, quoniam hoc maxime modo contraria cauſæ rerum contrariarum ſunt.

NItrum vero & ſal ſolui poſſunt in aqua, quia ab igne deſiccante ſunt cõcreta, is tamen non tantum ea deſiccauit, vt nô poſsint reſolui, vt illa. Verum inquit Ariſt. hæc ſolui poſſe in humido, non tamen in eo quod calidum ſit, ſed eo quod frigidum. Nam ea denſata ſunt à calido ſicco. id ergo humidum quod erit frigidum, erit omnino contrarium, & ſoluet, nam humidum calidum altera qualitate eſt cõtrarium, altera ſimile cauſæ denſationis, puta calore ſimile humore contrarium. Ergo non ſoluet. Qua de cauſa inquit, ſal oleo non liquatur. Certe ꝙ ſal oleo non liqueſcit, experimento conſtat. Verum cauſam non eſſe quam Ariſt. reddit multis argumentis conſtat. Primo falſum

Ariſt. nõ redditi do neã cauſam cur ſal nõ ſoluatur in oleo.

ſum eſt, ſal non liquari in humido, niſi ſit frigidum. Nam in aqua calida, nō minus ſoluitur ſal, quam in frigida, neque vero refert ſi dicas, aquę calidæ eſſe inſitum frigus. Nam vt paulo ante diximus, aqua calida non aliter eſt frigida quam potentia, actu enim calida eſt, tamen res non operatur ea vi quam potentia habet, ſed ea quā actu. Adde mōſtratum à me iam eſſe, calorem non denſare per ſe, ſed per ſiccitatem quam inducit, ergo ſatis ſit ad ſolutionem admouere contrarium cauſæ, quæ eſt per ſe, puta ſiccitati, cauſæ ex accidenti, nihil refert. Id fit alia ratione manifeſtum. Multa quæ ad terram pertinent & lapidea ſunt in decoctionibus ſoluuntur, humore ſcilicet feruente. vt Gal. docet. 9. de ſimp. med, facultate cap. 48. de chalcyte & miſy. Præterea falſum eſt oleum eſſe ſuccum calidum. Eſt enim temperatum, nam ſi admouetur corpori optime temperato, neque calfacit illud neq; refrigerat, ſed conſeruat in ea mediocritate, quam illud habebat. Hæc docet Galen. 1. de ſimpli. med. facultate. Sed qua cauſa ſal non ſoluitur in oleo? Certe quia is humor quem ſal cōtinet, in quem reſoluitur liquatione, eſt aqueus. quare male coit cum humore pin-

Oleū non eſt calidū

Cur ſal in oleo nō ſoluatur.

...l eſt ulex ...aquę idest partes terreis quę in aqua sunt. nam qui ...lore ignis vel solis evaporat pars aquea ex aqua, et

gut, non ergo poteſt oleum gignere in ſale humorem, quem ignis abſumpſit, quin potius à modico eo quod ſuperfuit in ſale, repelletur, vt ab aqua oleum repellitur.

Cap. ſeptimum.

ET certe illa tantummodo ignis opera craſſeſcunt, quæ maiorem aquæ vim habent quam terræ, Coeunt quæcunq; ad terram refferuntur, propterea nitrum, ſal, fictile, lapides, terræ potius opificia ſunt.

NIhil noui hic docet Ariſto. Sed reſumit quod antea dixerat, Quæ cum ad terram & aquam pertineant, plus habent aquæ, quàm terræ (De his dixerat paulo ante mixta quæ humida ſunt id eſt liquida) denſantur etiam, vt lac. Quæ tamen plus habent terræ vt nitrum ſal fictile & mola, coëunt ignis opera, atq; ſi mollia ſunt, dureſcunt: ſed non craſſeſcunt.

Olei

OLei quidem natura maximam affert cõtrouerſiam. Si enim magis ad aquam refertur quam ad terram, à frigore vt glacies coire deberet, ſin ad terram à calore id præſtandum eſſet, quemadmodum figulino in vaſe fieri ſolet. At nunc illud ipſum à neutro congelari videmus, ab vtroq; contra craſsitudinem conſequi huius rei cauſam id prębet, ꝙ aëris plenum eſt, ac propterea in ipſa etiam aqua fluitat, aër enim ad ſummum contendit locum. Frigus igitur ſpiritum refrigerando, et in aquam mutando, craſsitudinem affert, eoq; magis, quòd cũ & aqua & oleum inter ſe commiſcen-

miſcentur, id quod conficitur, vtroq; ſeparatim, craſsius redditur. Craſsitudo & candor tum ab igni tum à tempore in oleum inducuntur: candor quidē inducitur ab aqua reſpirante, ſi modo quidpiam ineſt: ſed craſſitudo, quoniam ex aëre aqua oritur, cum calor diſtabeſcit. Vtroque ſane modo, ac per eandem rem, non tamen eodem modo, eadem ſolet prodire affectio. craſsitudinem enim vtraq; ab re obtinet, duritatem à neutra, cum neque ſol neque frigus ipſum oleum indurare poſsit, non ſolum quòd lentorem habeat, ſed etiam quòd ad aërem pertineat. non deſicca-

ab igni …
inducit …
…
odea …
icelle

tur autem aqua, neque elixatur ab igne, quia non euaporat propter lentorem.

MERITO quis dubitet de olei natura, quod neque frigore neque calore concreſcit, cum hactenus ſtatutum ſit, omnia corpora concreta pertinere ad aquam, vel ad terram atq; illa frigore, hæc calore concreſcere. Verum ꝙ neutro illorum concreſcat, cauſam eſſe dicit Ariſtoteles quod ſit aëreum, id quod confirmat argumento à leuitate illius ductu, nimirum eſt ſuccus ſupernatans in aqua, eſt ergo elementi humidi & leuioris aqua id eſt aeris, eſt igitur ad aerem pertinens. qua de cauſa à neutro denſabitur. nam à frigido ea ſolum quæ ad aquam, a calido ea ſolum quę ad terram pertinent denſantur. Cæterum vt a neutro denſatur oleum omnino, ita craſsitudinem illud accipere ab vtroque affirmat, à frigido, humore aereo denſato & in aqueum mutato, à calido, abſumpta aquea, ſi quam habet (qua etiam ratione dicit fieri album) ac tempore etiam, euaneſcente naturali calido, dicit aereas partes in aqueas abire, atq; ita craſſeſcere

ſeſcere oleum, Quare inquit vtroq; modo, ideſt, à calido & à frigido, ac per eandem rem, id eſt mutationem aereæ partis in aqueã, eadem prodit affectio, puta craſſitudo, non tamen eodem modo, nam a frigido gratia contrarij extinguentis calidum, a calido, extrahente ac faciente euaneſcere calidum. Craſsitudinem ergo (colligit) vtraq; ab re continet, duritiem a neutra. Nã neq; ſol neq; frigus oleũ ipſum indurare poſſunt. idq; duplici d causa, & qđ ſubſtantia lenta eſt, & q nec ad terram neque ad aquam, ſed ad aerem pertineat. Ex his inquit fieri vt ſi aqua & oleum commiſceantur, id quod fit, craſsius ſit vtroq; oleo ſcilicet ſeorſum & aqua. Nam aqua cauſam præſtat craſsitudinis oleo: eã nempe quam diximus, mutando partes aereas in aqueas, oleum etiam aquæ, ſuo lentore eius partes continens prohibenſq; euaporationem, atq; ita extenuationem. Hæc ſunt quæ Ariſtoteles docet hoc loco, quãquam obſcure, & verbis non ſatis in ordinem digeſtis. Verum præter hanc obſcuritatem quam verba ipſa præ ſe tulerunt, eſt alia quædam maior in rebus ipſis, de quibus proinde oportebit aliquid à nobis dici. Primum, quòd oleum à

frigore denſari negat, ita velim intelligi, quod difficile denſatur, nam poſſe quidem id pati oleum aliquando, experimento conſtat in regionibus frigidis, vbi aliquando oleum ad tantam denſationem veniſſe accepimus, vt fracto vaſe, oleum illius figuram magna cum duritie retineret, frangereturq; per fruſta. Verum id multo rari⁹ accidere oleo quàm aquæ, eſt veriſsimum. vt verum etiam eſt multo citius quàm aquam frigore incipere illud craſſeſcere. cauſa eſt, ꝙ eſt ſubſtantiæ aëreæ nam id præter leuitatem cuius Ariſto. mentionem fecit, indicat facilis illius inflammatio, nam ſi eius humor aqueus eſſet ac non potius aëreus ignem extinguerel, tantum abeſt vt augeret. eſt itaq; aëreę ſubſtantiæ cui tardius accidit denſari vſq; ad duritiem, citius verò craſſeſcere. Nam aquam videmus ſæpe concreſcere in gelu, craſſeſcere vt ſupra dictum eſt non poteſt, aër contra, facile fit caliginoſus, nebuloſus, & mille modis craſsus. durum nunquam vidi, neque putauerim fieri poſſe, quin in naturam aliam prius migrauerit, aërem inquam ſolum, nam aërea quędam pati id poſſe, quamuis rarò, dixi nuperrime, Verum inquit Ariſtoteles, craſſeſcere

oleum

oleum frigido, quòd aëreæ partes in aquam commutentur, ego vero ſi id ita fieret, perinde putauerim euenturum, ac ſiquis in oleum aquæ aliquid inſtilet, quare denſatum frigore oleum non ſine crepitu inflãmaretur, neq; tam facile. Ego igitur aliam cauſam huius rei reddiderim. Oleo ſunt, vt Theophaſtus docet, variæ partes eſt tenue quoddam & aqueum excrementum. eſt fæx craſſa, & pars mediocris. quam ſubſtantiam olei poſsis proprie nuncupare. Has calor diſtinguit ac ſeparat, vt alia omnia ſubſtantiis diuerſa. frigus contra, abſentia caloris conturbat, ac commiſcet fęces cum reliquo oleo. vt ergo conturbatæ ac craſſæ redduntur vrinæ frigore ambientis, ita oleum putauerim. Iam vero quod de modo quo calor facit olei craſsitudinem Ariſtoteles inquit longe eſt improbabile, Quid enim inquit? Calore & tempore extingui internum calidum ergo fieri frigus, ac ita ex aëreis partibus aqueas. quid? an non calorem externum extrahentem internum calidum, humidum quoque euocare ac diſsipare paulo ſupra veriſsime dixit ipſe Ariſtoteles? Tempore nonne res refrigerantur areſcẽtes? Ergo quod calore aut tempore refri-

De cauſa qua oleũ frigore craſſeſcit refutatur ſententia Ariſt.

Cauſa qua oleũ frigore craſſeſcit

Improbabilis aſſertio Ariſt.

geratur; non poteſt fieri aqueum, quin potius ad terreum deuoluitur. Iam vero cur conſumptione aquæ dicit fieri oleum album? an aqua eſt nigra? an alterius coloris omnino? Pręterea ſi conſumptio aquę facit album, generatio nouæ aquæ faceret nigrum, non ergo ſi calor aut tempus generando ex accidenti aquã redderet craſſum, poſſet ſimul & craſſum & album facere. Neq; vero quod huic argumento reſpondet Niphus quidam eſt ſatis. nimirũ aquam abſumi in partibus extremitatis generari in partibus imis. Nam ſi oleum aſcendit per aquam, non eſt ueriſimile aqueum aëreo innatare, non erat ergo in extremitatis partibus, aqua illa quam diſſipauit calor. Præterea quantumuis ſub olei quibuſdam partibus generari humorem aqueum intelligas, efficeret in oleo ſpeciem nigritiei (ſi modo id poſſet) cum olei ſubſtantia pellucens ſit. Qua ergo ratione oleum fit igne & tempore album & craſſum? Certe igne, non quocunque, ſed lento, nam ad magnum ignem potius attenuatur, & inflammatur. Sed vt docet Galenus libro ſecundo de ſimpli. medi. faculta. capite decimo octauo in ſole feruente, vaſe lati oris, pleno oleo depoſito, &

Refutatur niph⁹ quidam.

Vera ratio dealbandi oleum.

310

to, & eo vehementius conturbato, aut ſubiectis vaſi oleum continenti calidis cineribus, aut nucleis oliuarum, aut frumento, circumcirca poſitis, aut aliter modico calore facto, fit vt oleum euadat album & craſſum & dulce, experſque mordacitatis. Quia oleum ipſum ſuccus eſt albus, et pinguis, dulcis, ac lenis, non mordens. habet vero excrementa duo, alterum tenue, quod eſt ſeroſum, ruffum, & mordens: alterum craſſum, fæci ſimile. conſumpto ergo igne aut ſole, tenui illo excremento, ac eo quod mera fęx eſt excreto, reliquis partibus melius permiſtis fit oleũ albũ craſsũ & dulce. verũ cũ ignis eſt maior, plus extenuat inflãmando, q̃ ad craſsitudinẽ deducat, abſumendo. Tẽpore idẽ fit, quod lento igne, ac multo melius. Nimirũ accidit tẽpore oleo maturitas quędã, vt vino & aliis ſuccis ſolet. Illud excrementũ tenue et ruffũ, eſt humor inutilis, q abſumitur maturatione, fęx etiã reſidet, in reliqua ſubſtantia. craſſum miſcetur cum tenui, fitq; ita, quale diximus. Verum dices, aquam conſtat eſſe tenuiorum partium quàm oleum (nam magis penetrat, & in minutiores partes ſiccatur) non ergo oleum eſt aëreum, ſed terreum potius.

Atque eadem ratione, excrementum illud aqueum, non videtur poſſe eſſe tenui⁹ oleo ipſo. Sed reſponderim, oleum habere aëreum humorem, ſed non ſine terra; qua craſſeſcat plus aqua. Nam quanquam ratione aëris videtur tanto tenuius fieri debere aqua, quanto ratione terræ ſit craſſius, atque ita euadere ſaltem non craſsius tamen monſtratum à me antea eſt, aquam & terram plus præſtare rebus concretis ad corporaturam, aërem & ignem præſtare ad vires, nõ tamẽ adeo ad corporaturam His adde modo, terram multo plus præſtare ad corporaturam, quàm aquam, & ignem multo plus ad vires ipſarum rerum quàm aërem. Ergo nihil mirum excrementum illud quod totum fere eſt aqueũ ac ſeroſum, & aëris habet multo minus, tenui⁹ eſſe, oleo ipſo, qđ vt pl⁹ multo accipit aëris, ita accipit terrę multo plus. Scire expedit rurſum, quo modo cũ paulo ſupra ab Ariſtotele ipſo dictum ſit omnia concreta ad terram aut aquam, aut ad vtrunque pertinere, modo dicat quędam, vt oleum pertinere ad aërem, hoc declarabimus paulo infra, hoc ipſo capite.

Quæ

QVAE vero ex commixtione aquæ & terrę coaleſcunt, digna ſunt quæ pro altcrius abundantia dicantur. Nã quoddã vini genus pinde craſſeſcit vt muſtum, quod aqua è rebus eiusmodi omnibus quę ta ſiccantur effluat, & diſperdatur. Aquam eſſe inditio eſt, quod vapor in aquam coit, ſi llam colligere volueris. Ac terræ quidem aſsignandum eſt, ꝙ nonnullis rebus ex quibus vapor ab igne elicitur, aliquid ſuperſit. Veruntamen quædam ex terra & aqua commixta, vel à frigore partim craſſeſcunt, partim ſtringuntur, vt probauimus. facultatem enim habet

non modo gelandi, & induran di, ſed craſsitudinis & iam faciendę, cum pręſertim aquā gelet ac induret, aërē vero immutatione in aquā, craſſum reddat

RVrſus Ariſto. docet quędā poſſe craſſeſcere & indurari, quædā poſſe indurari ac conſtringi, tamen non craſſeſçere. Dictum erat prius aquā ſolam poſſe concreſcere frigore, tamen non craſſeſcere aliqua ratione. Hoc idem accipiens modo, addit, eorum quæ ad terram & aquam pertinent, quædam merito ad hoc, quædam ad illud referri, vtrum magis abundauerit. Ac dici poteſt res aliqua aut magis terræ quam aquæ vt fictilia, aut magis terræ quam res alia vt vinum nigrum magis eſt terrę quam album, ergo quo res aliqua magis eſt terræ quam alia, eò magis craſſeſcit igne, quàm illa; verum non eo induratur magis frigore. Proinde inquit eſt quoddā vini genus (quod vinum intelligat haud ſatis ſcio, archadicū dicūt expoſitorū quidā. Illud conſtat eſſe aliis craſsius) quod craſſeſcit ad ignem perinde

vt muſtũ cũ ex eo fit ſapa. Scilicet ignis facit ex illis expirare aquã, atq; quę reſtat terra craſsitudinis eſt cauſa. Aquã enim eſſe id quod expirat, experimento, inquit, poteſt explorari, collecto eo vapore qui expirat, fit enim rurſum cõcretione aqua. Verũ hæc frigore dẽſantur, & calore craſſeſcunt. Veruntamen alia quædã ad terram & aquam pertinentia, à frigore denſantur ſimul & craſſeſcunt. neq; id eſt mirum, cum indicatum ſit frigus vim habere conſtringendi aquam, & denſandi aërem, ipſum in aquam commutando. Verum videtur Ariſto. ineptè colligere. Nã ſi dixiſſet, quædam eorum quæ ad aërem & aquam pertinent, à frigore partim aſtringuntur partim craſſeſcunt, quia aquam conſtringit, & aërem craſſum reddit in aquam mutans, recte ſanè, ſed dixit quędam eorum quæ ad terram & aquam pertinent, quid ergo facit aërem in aquam mutari, ad terram & aquam? Dixit nuper oleum craſsius eſſe aqua, quia cum humore aëreo habet terræ & aquæ mixtionem. Illud ergo ad tria quodam modo refertur, & dictis rationibus, à frigido poſsit partim conſtringi partim craſſum fieri. Ariſtoteles

ergo

ergo non omnia ad aquam & terram pertinentia, hæc pati à frigore his de cauſis dicit, ſed aliqua. nimirum quæ habent aëreas partes, quæ poſsint abire in aqueas. Quanquam hunc modum craſsitudinis inducendæ nõ adeo probauimus in oleo, aliis tamen in rebus poſſe accidere, indicat ipſe aër, qui ita craſſeſcit, tranſiens inquam in aquam. Verum hæc ex ſequentibus fient apertiora.

Congelationem certe ſiccationem quandam eſſe iam ante docuimus. Quę igitur frigoris opera non craſſeſcunt ſed gelantur, ad aquam potius referuntur, vt vinum, vt lotium, vt acetum, vt lixiuium, vt ſerũ. Contra quę per ignem, nõ euaporantia craſſeſcunt, partim ad terram, partim ad aquam, & aërem communiter pertinent.

Mel

Mel opus eſt terrę:oleum aëris, & aquę: ſal & ſanguis communia aquæ & terrę, ad terram tamen maxima ex parte plus referuntur, qualia etiam habētur humorum genera, ex quibus nitrum & ſal coaleſcunt. lapides quoque nōnulli ex coactis ſuccis producuntur.

DOcuit antea Ariſtoteles, quæ congelantur quodammodo ſicceſcere. eſtque à me explicitum, quatenus id verum ſit, & quatenus, ſecus. Repetit etiam nunc quod paulo ſupra dixerat, ea quę frigore gelantur, ſed non craſſeſcunt, ad aquam pertinere, nimirum aqua non craſſeſcit. Exemplo ſunt lotium acetum, lixiuium, ſerum, & vinum intellige tenue. Nam dixerat paulo ante, eſſe quoddam vini genus craſſeſcens, vt muſtum. Vbi dicit, contra quę per ignem craſſeſcunt nō euaporantia, partim ad terram, partim ad aquam

Enarratio vulgaris & falſa. aquam & aërem referuntur: intelligunt enarratores vulgares, quæ non euaporantia, id eſt non emittentia vaporem craſſum, quo collecto aqua fieri poſsit, vt diximus accidere muſto, & illi vini generi. Ducuntur in hanc enarrationem, quantum intelligo, videntes fieri non poſſe, quin ex mele & oleo cũ craſſeſcunt igne, vapor aliquis prodeat. Verum falluntur. nam ſi Ariſtoteles diceret, ea quæ denſantur ab igne non emittentia aqueum & craſſum vaporem, partim ad terram, partim ad aquam & aërem pertinent, innueret, quæ talem vaporem emittunt, & ſi craſſeſcant igne, non eſſe terræ, aut aquæ & aëris, at vero monſtratum antea erat ab eodem, muſtum ad terram pertinere. *Vera enarratio.* Non ergo is eſt verborum Ariſtotelis ſenſus. Quis ergo? certe non alius, quàm, ea quæ ab igne non diſſoluuntur in vapores, vt aqua, & vinum, & lotium (hæc ſunt quæ ſupra difinierat, dicens, in quibus ſine ſucci lentore nihil aut tenue modicumque, ſubſidet. Hæc enim ſi quis velit igne craſſa facere, prius abſumi faciet) ſed craſſeſcunt, partim ad terram partim ad aquam, & aërem com-

communiter pertinere. Exemplo ſunt mel, quod pertinet ad terram, oleum, quod ad aërem & aquam, lac & ſanguis, quæ ad aquam & terram pertinent. mel certe cum quadam aqua ad terram pertinet. quod illud euidenter declarat quòd ſuccus eſt, & à frigore duritiē accipit nonnunquam. Verùm caue hoc loco intelligas, illa aliquando pertinere ad terram ſolam, aliquando ad aquam & aërem communiter, ſed partim ad terram, partim ad aquam & aërem, id eſt, partim ad terram & aquam, aut aquam & aërem. nam mel non ad ſolam terram pertinet. Accedit quod ipſe Ariſtoteles cap. decimo. repetens hanc ſententiam, hæc omnia communia vocat, id eſt pertinentia ad duo elementa, idque his verbis, quæcunque à calido craſſa fiunt communia ſunt. Oleum etiam habet terram. nam aliter non vſque adeo denſaretur mel etiam habet nonnihil aeris; verum multo plus terræ. nam in aqua deſcendit, oleum habet contraria cauſa multe plus aëris. Ac, vt ſemel dicam, videtur omnia dulcia ſatis multū habere terre, & pinguia aëris. lac etiā & ſanguis ad aquā & terra

Mel non pertinet ad ſolam terram.

Omnia fiunt dulcia terra, & pinguia aëre

terram pertinent, & cauſa terræ magis dẽſantur, quàm aquæ. Nitrum etiam & ſal referuntur ad terram, vt ſupra indicatum eſt, & eodem modo lapides quidam qui generantur ex ſuccis.

QVam obrem niſi ſerum exi matur, ab igni decoctũ comburitur, terrena vero pars ab ſucco, aut coagulo infuſſo cogitur, ſi decoxeris vt medici faciunt, qui coagulum lacti indentes ſerũ à caſeo ſeparant, quod quidem ſeparatum non poſtea craſſeſcit, ſed more aquę comburitur, quod ſi lacti caſeus defuerit, aut parum fuerit, illud ſane ad aquam magis pertinebit, & ad alendi vſum minus idoneum erit. Similis ratio ſanguinis, nam craſ=

craſſeſcit, quod refrigeratus ſic ceſcat, qui nō coit, vt ceruinus, is aquæ naturam magis ſapit, & frigidiſsimus eſt, ac propterea fibris caret. fibræ enim terræ opera ſunt, ſolidæque conſiſtunt, quapropter illis demptis nō coit aut dēſatur. Quod idcirco fit, quia non ſiccatur, aqua enim ſupereſt, vt lacti poſt extractum caſeum. facit ſidem ſangui, morbidus qui nulla ratione coire patitur, nam ſanioſus eſt, hoc autem pituita & aqua, quod incoctum, ac inuictum à natura ſit.

Ex dictis nuper conſtat, cum ſerum lactis ſit aqueum, & reliquum lac habeat bonam partem terræ, niſi ſerum ex-

imatur prius, fore cum lac coquitur, vt ſerum vratur, id eſt abſumatur, ab igne, terræ verò pars cogatur, ac ita lac craſſeſcat. Quod vero propter partes terreas lac craſſeſcat, conſtat vel eo quòd arte fieri videmus. quòd inquit, medici infundentes (hæc hodie faciunt ſeplaſiarii, & medici fieri iubent, cùm opus eſt) coagulum, lac faciunt concreſcere. Nimirum, quia coaguli partes craſſæ & terreæ ſunt, & coire cum lacte natura idoneæ. Itaque faciunt lac coagulari, & ſerum per ſe effluere, effluens verò ſerum per ſe, abſumitur, nullatenus craſſeſcens. Addit quòd ſi lac eſt ſine caſeo eſt minus aptum craſſeſcere, & eſt tenuius, & ita minus nutriens. Huc reſpicientes, ſuadent medici eligere lac infanti quod neque nimis fluxum neque nimis conſiſtens ſit, illud enim habet ſeri, hoc lactis plus quàm oportet. ac proinde illud parum nutrit, hoc craſsis ſuccis replet infantis corpuſculum, quod priori eſt multo grauius malum. Verum hæc ſunt alterius loci. Eſt quod aliquis dubitet, qua ratione ſit, vt coaguli infuſione lac coaguletur, tamen

Qua cauſa infuſione coaguli lac cõcreſcat

Quale lac eligẽdũ ſit infantibus.

men ad ſoluendum lac coagulatum in ventriculo, omne coaguli genus maxime leporinum adeò à Galeno commendetur, ac cum eo ab aliis omnibus probatis autoribus? Coaguli certe infuſione lac coagulari mulierculæ etiam & paſtores ſciunt. id enim quotidiano experimento habent compertiſſimum. verum ideo fieri, quòd craſſum ſit, & congener lacti, indicatum eſt iam à me, ſupereſt ergo alterius euentus cauſam reddere. Coagulum repoſitum, tempore acrimoniam comparat, vſqueadeo, vt illo vereatur Galenus vti ad ſanguinis deiectiones, quanquam alii medici ad eum vſum illud commendauerant. Acria omnia calidiora ſunt non acribus, ac proinde facilius à calore conficiuntur, reliquis paribus in modo ſubſtantiæ ſuarum partium. ſunt etiam acria, incindentia. Ergo coagulum in ventriculum ſubiens, cum coagulato lacte, vt cum congenere ſubſtantia coit, vt acrius, illud incindit ac comminuit, atque eadem ratione qua eſt acrius, calore ventriculi facilius conficitur, ac reliquum ſecum confici facit.

Qua ratione vſus coaguli ſit vtilis ad coagulatum lac in vētriculo ſoluendum cum ſoleat coagulare.

Quando cōferat coaguli vſus infantibus & qñ obſit.

cit. Quare conſtat tunc coagulum iuuaturum in affectione dicta, cum ventriculo eſt calor valens id terere, alioqui magis onerare. Eadē inquit Ariſto. ratio ſanguinis eſt q̄ lactis. nimirū ſanguis coit cauſa craſſarum & terrearum in eo partiū cum frigeſcit, qui vero ſanguis tenuis nimis eſt ac nō coit, quia aqueus eſt id habet, minimeque habet craſſas partes, ſed eſt aqueus & ſanioſus. quod quidam ſanguis natura habet, vt ceruorum & damarum (hac cauſa illa eſſe timida animantia docet idem Ariſtot. ſecundo, de partibus animalium capit. quarto.) qui non coit etiam ſi effundatur. Id vero eo fieri quod aqueus ſit, inquit indicare ſanguinē morbidum, ideſt, corruptum qui cum ſanioſus eſt factus non ſolet coire. Non ergo minimum corruptionis ſanguinis indicium eſt, quod effuſus, aut collectus vaſculis, non coeat, immo vero magnum, indicanſque ſanguinem in ſaniem eſſe verſum corruptione. Nam cum ſeri copia ſine reliqui ſanguinis corruptione erumpit, non omnino non coit, ſed modicum quiddam in medio vaſculi coit, cui innatat multum ſeri expreſsi, vt è lacte ſolet.

Sanguis nō concreſcēs quid indicet.

Hic

Hic notatum velim, non bene colligere Ariſto. lib. citato de partibus animalium capite tertio. ſi ſanguis refrigeratus denſatur, eum ſubiecto, ideſt ſubſtantia propria, eſſe frigidum & ſiccum. Nam vt docet Gal. primo de ſimpliciũ. medic. faculta. cap. decimo octauo. partium craſſities adeo coagulationem adiuuat, vt multa etiam feruentia adhuc concreſcere frigore videantur, & res ſatis calidæ vt reſinæ & vitumen. Itaque in quibus partium craſsities eſt, minimum frigus eſt ſatis, aut minima' caloris remiſsio ad concretionem, itaque vere hic dicit, ſanguis craſſeſcit, quod refrigeratus ſicceſcat. tamen male illic colligit frigidum & ſiccum proinde eſſe. Verum de ſanguinis temperamento ſcriptum à me eſt lib. 1. Contro. cap. 15.

Notatur ſententia Ariſtot. de ſanguinis tẽperamento.

CVR autem quædam diſſolubilia ſunt vt nitrum, quædam indiſſolubilia vt fictile, & indiſſolubilium cur nonnulla emollibilia, vt cornu, nonnul-

la inemollibilia, vt fictile & ſilex cauſa eſt, quòd rerum contrariarum cauſæ ſubſunt contrariæ. Itaque ſi res coeant, & frigore ac ſiccitate indurentur, neceſſario calore atque humore diſſoluuntur: propterea igni & aqua id fiat neceſſe eſt, hæc enim contraria ſunt. Aqua diſſoluuntur quæ igni ſolum concreſcunt: igni diſſoluuntur, quę aqua ſolùm ſtringuntur, vt ea potiſsimum indiſſolubilia conſiſtant, quibus contigit vtraque ab re congelari. Illa nimirum ſic redduntur, quæ calore ante affecta, deinde frigore ſtringũtur. In his enim ipſis accidit poſtquam calor humo-

rem in vaporem expreſsit, vber rimam humoris copiam rurſus à frigore ita comprimi & denſari, vt humori omnis intercludatur via: & ob eam rem, neque calor ea ſoluit, quòd ſol uere conſueuerit ea, quæ à frigore tantummodò gelentur, neque aqua. hæc enim non diſcutit quæ à frigore ſtringũtur ſed quæ duntaxat ſicco à calore compacta reddantur.

¶ Dicta ſunt hęc omnia prius & enarrata.

FERRVM à calore liquefa ctum, frigore induratur. vt ad concrectionem vtraque re opus ei ſit, ideo ſolui non poteſt.

Ferrum nullatenus concreſcit calore.

FErro nihil præſtat calor ad cōcretionem, quantum ego intelligo, quamuis contrarium videtur Ariſto. hoc loco & paulo ſuperius innuere. Nam ſoluitur à calido vehementi quodcunque ferrum idem vero non poteſt eſſe eidem eodem modo contrariorum cauſa, ſed ſolo frigore denſatur. Verum quod hactenus partim dixi, partim in hunc locum diſtuli, modo addam. Ariſto. viſus eſt duplicium rerum quæ inſolubiles ſint mentionem feciſſe, earum quæ vtroque denſantur vt fictilia & cornua, & quidam lapides (hæc ſimpliciter ſunt indiſſolubilia) & earum quæ non niſi à vehementiſſimo calore ſoluuntur hæc, quantum ego potui ex illius verbis alioqui obſcuriſſimis eruere, ſunt quæ ab vtroque concreta ſunt, ſed non ab ambobus equaliter, ſed ab aqua multo plus, ab igne minus. Ego vero dixerim ſimpliciter inſolubilia ea tantum eſſe quæ ab vtroque denſata ſint, vt oſſa & fictilia & cornua ſiue equaliter ſiue inequaliter. nam nihil refert, modo vtrunq; ſit cauſa cōcretionis, tamē difficile ſolubiliū duplex genus, quoddam eorum quæ à maximo calore den=

denſata ſint, ac proinde plurimum humidi amiſſerint, vt quidam lapides, quodam eorum quæ à frigore deſata ſunt, ſed ſunt admodum craſſarum partium, huiuſmodi ſunt ferrum & metalia pleraq;. Nam cũ indicatum à me prius ſit, quãto res eſt craſſiorum partium, tanto cæteris paribus minori frigore indigere vt concreſcat, cõſtat tanto eam indigere maiori calore vt ſoluatur. Ergo ferrum quandoquidem minima caloris remiſsione concreſcit, maxima caloris intenſione indigebit vt ſoluatur. Hac itaq; de cauſa difficilius ſoluitur, non quòd ab vtroq; concretum ſit. nam illi nunquam fit cauſa concretionis ſed ſolutionis calor, qui vbi tantus eſt, valet ſoluere; vbi minor, non valet. tamen non cogit.

Qua ratione ferrum ſit difficile liquatu.

LIgna terræ atque aëris opificia ſunt, propterea cremabilia, non eliquabilia, aut emollibilia ſunt, & in aqua fluitant extra nigrum hebenum, quæ ſane haud fluitat, alia maiori aë-

ris copia conſtant, ex nigra porro aër difflatus eſt, maiorq; terræ vis in eadem ipſa inſidet.

Dioſcorides libro primo cap. 131. hebenum optimam, nigram dicit. eſſe nullos venarum diſcurſus habentem leuem, vt cornu, ac apparentẽ denſam cum frangitur, & adſtringentem. Hæc omnia ſigna ſunt magnæ copiæ terræ ac minimæ aëris. merito ergo aquæ non innatat, vt ligna reliqua. Sed perpende, Ariſtotelem, quanquam propoſuit paulo ante omnia mixta ad terram aut aquam pertinere, tamen deinde quædam dixiſſe pertinere ad alia elementa, vt ad aërẽ & aquã, & ad aërem & terram. Quare vere nos diximus, non in omnibus mixtis redũdare terram aut aquam, neque id ſenſiſſe Ariſtotelem ſed corporaturam, atque agglutinationem eſſe ex aqua aut terra, tamen vires quamplurimas accedere ex aliis. quare ſi de concretione aut eliquatione loqueris, ad terram aut aquam aut ambo omnia referes, tamen ſi præter concretionem vires etiam vis conſiderare, inuenias mul-

Euenus cur aqua non innatet.

ta ad alia elementa pertinere, aut ad ea ſolum, vt ea ſolum eminēt, aut cum horum aliquo. Quare ex aqua, terra, aëre & igne quibus omnia conſtant, hæ omnes coniugationes fieri poſſunt. aquæ & aëris, aquæ & terrę, aquæ & ignis, ignis & terræ, aëris et terræ. nam aëris & ignis nullum corpus eſt habens cōſiſtentiam, niſi forte exhalatio quæpiam, quanquam ea videtur dicenda potius ignis ſolius. Aquę & aëris vt oleum, aquę & terræ vt lutum & lac, aquæ & ignis vt acres & vrentes ſucci, ignis & terræ vt medicamenta dura & craſſa impenſe calida vt caſtoreum & bitumen. Aëris & terræ vt ligna omnia, præter hebenum nigram, quæ ad aquam & terram pertinent, & ad terram multo magis. Nam hoc quoque licet perpendere in horum quocunque quod ad duo elementa refertur, ad vtrum magis, aquam & terram cognoſces craſsitie & concretione & liquabilitate aut illiquabilitate, ignem & aërem leuitate & calore potius.

Fictile

FIctile ineliquabile eſt, quod igni ſicceſcens paulatim concreſcat, nullos enim aqua ad illos patefactos habet aditus, per quos flatus tantummodo exierit, neque ignis diſſoluit, quippe qui coagmentare illa ſoleat,

ADDIT modo Ariſt. dictis rationẽ aliam; qua quædam non diſſoluuntur aqua, nimirum ꝙ habeant anguſtiores meatus quàm vt illos poſsit aqua ſubire, exemplo inquit eſſe fictile, quod eo non diſſolui dicit, ꝙ per illius poros aqua non poſsit ingredi, cum per eos non aqua, ſed ſolus flatus potuerit inter coquẽdum exire. Verum reſpondet tacitæ obiectioni, cur ergo ignis non diſſoluit fictile, cum tenuior ſit flatu ac proinde poſsit multo melius ingredi, quàm aër. Plato in dialogo de natura quædam non diſſolui ab igne dicit, eo ꝙ latiores habeant poros quàm vt ignis poſsit in illis hęrere, ſed per capaciores meatus ſine vlla violentia per

Refutatur Platonis reſpõſum.

meat.

meat. ergo fieri poſſet vt fictile haberet poros anguſtiores quàm pro aqua, latiores quàm pro igne, quare, à nullo diſſoluatur Verum hæc Platonis doctrina inſiſtit illi dogmati, quod ſupra refutauimus, de figura triãgulorum quibus conſtent elemẽta. non ſane ignis & aqua diſſoluunt quædam ſecando aut ſcindendo aut frangendo, ſed vt de ſententia Ariſtotelis dictum eſt. Melius ergo reſpondet Ariſtoteles. Ignis ea non diſſoluit, quippe qui coagmentare ea ſoleat, accipiens ſcilicet, non poſſe ignem rei eſſe illi cauſam ſolutionis cui ſoleat eſſe cauſa concretionis. Sed interim nota bene nos antea docuiſſe ignem non coagmentare ferrum, quippe quod diſſoluat.

QVID congelatio & eliquatio, atque per quod qualitates, & quibus in rebus fierent, iam præcepimus.

*

Cap.

Cap. octauum.

EX his manifeſtum eſt à calido & frigido coagmentari corpora. hæc autem craſsitudinem inducendo, & cogendo opus ſuum peragunt, quoniam vero ab his formantur, in omnibus eſt calor. In quibuſdam autem & frigus, quatenus deficit. Quare cum hæc ſint ad agendum, humor autem & ſiccitas ad patiendum participabunt illis omnibus, ea quæ communia ſunt. Ergo ex aqua & terra ſimplicia corpora conſtituuntur, & in plan-

tis & in animantibus, & metalla vt aurum & argentum, & omnia alia huiuſmodi, quæ ex eiſdem conſtant, & expiratione quadam ab vtraq; expreſſa, vt alio loco dictum eſt. Hæc igitur omnia differunt mutuò, & iis proprietatibus, quas habent ad ſenſus, & potentiis aliquid agendi. album enim & boni odoris, & ſonorum, & dulce & calidum & frigidum potentia ſenſuum aliquo modo afficiendi ſunt talia. Tamen aliis propriis paſsionibus quæ à patiendo dicuntur. Dico autem vt liquabile & concretile, & flexile & alia om̃ia huiuſmodi. Om̃ia enim huiuſmodi ſunt patibilia

quemad-

quemadmodum humidum & ſiccum. His quidem differunt os & caro & neruus & lignum, & cortex & lapis, & quodcunq; aliud ſimpliciũ & naturalium corporum. Dicamus ergo primum numerum eorũ quæ per potentiam & impotentiam dicuntur. Sunt autem hęc concretile inconcretile, liquabile non liquabile, emollibile non emollibile, tinctile non tinctile, flexile non flexile, ruptile non ruptile, fragile non fragile, impreſſile non impreſſile: formabile non formabile, compreſſile nõ compreſſile, tractile non tractile, ductile non ductile, fiſſile non fiſſile, diuiduũ indiuiduũ

lentum friabile ſubactile non ſubactile, vſtile non vſtile, ſuffi tui aptũ, ſuffitui ineptum. Plurima quidem corporum ferè his paſsionibus differunt. Quã autem vnumquodq; horum habet facultatem dicamus.

CVM Ariſt. adhuc locutus ſit de modo quo mixta corpora ſunt compacta, atq; de duro ac molli, de liquatione ac concretione, incipit enumerare paſſiones omnes mixtorum quodam ordine. Differuit autem hactenus de duro & molli, liquatione & concretione, ꝙ quanquam paſsiones etiam hæ ſint in earum numero comprehendendę, vt ipſe ſermo faciet palam, oportuit tamen ad ſequentium intellectionem, illa pręmitti; quia ſcilicet illæ primæ paſsiones ſunt, quæq; ex ipſa mixtione elementorum primum proficiſcuntur; quo fit vt reliquarum cauſę ab ipſis manent. Repetens ergo quæ monſtrata hactenus ſunt, ita colligit, corpora omnia mixta calore aut frigore coaleſcũt,

nam calor & frigus aut craſsitudine aut concretione conſtituũt corpora, calor ergo in omnibus ita circũſcriptis reperitur, & frigus, quatenus calor deeſt. nam conſtat in re quacunq; tantum abundare contrarij alicuius, quantum alterius deeſt, atq; tantum deeſſe, quantum abundat. cum ergo nulla in re mixta ſit ſummus calor, in nulla deerit aliquod frigus. Itaq; habent omnia mixta calorem & frigus, ſed indicatum eſt has eſſe virtutes agendi, ergo adſunt eis potentię patiendi (hę ſunt humor & ſiccitas) ergo conſtant omnia calido frigido humido & ſicco. Hæc compoſitio, quæ rei cuiuſq; eſt temperamentum, partium ſimplicium, quæ homiomeres appellantur, eſt per ſe: compoſitarum verò ex accidenti, & per alias. Nam vt compoſitæ partes mixtorum conſtant ſimplicibus, ita ſimplices conſtant elementis primis, calido inquam frigido humido & ſicco. Proinde (vt à medicis eſt receptiſsimum) partium compoſitarum eſt ſtructura ſimplicium temperies, paſsiones ergo quæ ex ſtructura naſcentur, erunt partium compoſitarum, cuiuſmodi quæ ad bonam aut malam compoſitionem ſpectant, quæ vero ex temperamento, cuiuſmodi ſunt de

quibus

quibus incipit Ariſtoteles differere, quæ ſcilicet conſiſtunt in modo ſubſtantiæ, ſunt partium ſimplicium. proinde Ariſtoteles harum ſolum facta hoc loco mentione inquit, ſimplicia omnia ſiue animalium partes ſint vt os, neruus, cartilago, arteria, & vena, (ſint enim hæc nobis pro exemplis) ſiue ſtirpium vt cortex lignum fibra, & medulla, ſiue ſint metalla vt aurum & argentum, conſtare ex terra & aqua (ſcilicet ab his accipiunt corporaturam & concretionem) conſtare etiam hæc duplici ſpiratione, alia vaporoſa, alia fumida (vaporem & exhalationem vulgo vocant) inquit, alio loco eſſe demonſtratum & modo accipi debere ad ſequentia. Itaque corpora ſimplicia commiſsis aqua & terra fiunt, vt maſſa aqua & farina. Verum hæc non fiunt per ſe tota compacta, ſed plena ocultis poris, qui vacui ſane non ſunt (id enim monſtratum eſt. 4. libro de motu capit. 9. ab Ariſtotele) ſed vt paulo ſupra ego dixi: tenuia permeant per craſſa: tamen non omnibus rebus illi pori ſunt eadē ſubſtantia pleni, ſed quibuſdā vapore, quibuſdā exhalatione. Nimirum duæ hę ſubſtātię per corpora oīa penetrāt ac maxime per terrā

 qua-

prime
+ chare.

quarum concurſu cum terra & aqua (non ſine igne & aëre quę poteſtate ſaltem ſint) mille rerum ſpecies, vt lapidum & metallorum genera procreantur. His omnibus acceptis procedit Ariſtotelis ratio. Cum ita conſtent res mixtæ, habeantque vires agẽdi & patiendi, calorem inquam frigus humorem & ſiccitatem, habent quoq; ex illis orta affectiones quaſdam, quibus in res alias aliquid poſſunt agere, quaſdam per quas aliquid poſſunt accipere. Illę ſunt qualitates omnes, quibus poſſunt ſenſum aliquem afficere, vt colores, odores, ſapores, ſoni, & quę tactu percipiũtur. colores albus, palidus, ruffus, flauus, ruber, viridis, liuidus aut niger, odores, gratus aut ingratus, ſapores, accerbus auſterus accidus dulcis ſalſus acer aut amarus, ſoni, acutus aut grauis, q̃ue tactu percipiuntur, vt calor frigus, humor, aut ſiccitas, duriries aut mollities, aſperitas aut lenitas, grauitas aut leuitas. (dicuntur enim hæc patibiles qualitates, ꝙ ab illis ſenſus patiat̃) aliæ affectiones ſunt numero. 18. quibus corpus eſt, concretile aut inconcretile, eliquabile aut ineliquabile: tinctile aut non tinctile: flexibile aut non flexibile: comminuibile non comminuibile: fragile aut non fragile: im-

preſsile

preſsile aut non impreſsile: formabile aut non formabile: compreſsile aut non compreſsile, tractile aut non tractile, ductile aut non ductile fiſsibile aut non fiſsibile: diuiduum aut indiuiduum, lentum aut friabile: ſubactile aut non ſubactile: vſtile aut non vſtile, ſuffitui aptum aut ineptum. Hæc ſunt accidentia quibus corpora omnia diſcrepāt aut ſimilia ſunt. de quibus omnibus diſſeret modo Ariſtoteles, ordine diffiniens ſingula, ac docens qua quodq; illorum cauſa fiat,

DE concretili quidem & inconcretili, liquabili & non liquabili dictum eſt prius vniuerſe, eadem tamen modo recenſeamus, corporum enim quæ concreſcunt & durantur, alia quidem à calido id patiuntur, alia autem à frigido, à calido quidem deſiccante humidum, à frigido autem calidum extrahente. Quare alia humidi

penuria, alia calidi ho c patiun tur. Quæcunque aquæ ſunt, ca lidi, quæcunque terræ, frigidi. Quæ ergo humidi penuria, ab humido liquãtur, niſi ita con- creuerint vt minores poros ha beant aquę mollibus, vt fictile. quæcunque autem non ita, o- mnia humido ſoluuntur, vt ni- trum & ſal & terra ex ceno. Quæ autem calida priuatione, à calido ſoluuntur, vt glacies, plumbum, & æs. Qualia ergo concretilia & liquabilia & illi- quabilia ſint dictum eſt. incon cretilia etiam ſunt, quæ aqueũ humorem non habent, neq; a- quę ſunt, ſed potius calidi & ter ræ, vt mel & vinum dulce. fer-

uentia enim quodã modo ſunt inconcretilia etiã, quæ aquam quidem habent, ſint autem magis aëris vt oleum & argentum viuum, & ſi quid eſt lentum vt gluten & pix.

TOta hæc eſt repetitio eorũ quæ de cõcretili & incõcretili dicta ſunt, proinde indigẽt eiſdẽ animaduerſionib⁹, quib⁹ antea vſi ſumus. Incõcretilia ego hic dici nõ intelligo quæ omnino non poſsint concreſcere ſed quæ difficile. Nam mel calore dureſcit in quibuſdam itriorum generibus, atq; id non difficile patitur. Nam vt dictum eſt ab ipſo Ariſtotele ad terram pertinet, verum à frigore concretum, fit difficile, cauſa interni caloris, quem habet. Qui tñ calor quando cum terra iungitur concretionem à calido non ita impendit. nam & vinum craſſum poſſe calore denſari, antea docuit ipſe autor. Itaque nec mel nec vinum quodcunq; eſt calore inconcretile, ſed frigore difficile concreſcens. Quare oportet multa eorum quæ dicuntur ab Ariſtote-

Attentè oportet legi quę ſcribit Ariſt. & cũ diſtinctione multa, alioqui falſa & pugnantia videbuntur

le attentè legere, & diligenter diſtinguere, ne euadant falſa, & pugnantia dictis. Quod tamen ſuorum enarratorum nullum video præſtare. verum ſi quis noſtris commentariis animum adhibuit, & ea in quibus ab autore deflexímus veritate cogente, memoria retinet, ſatis certo ſcio ab hoc libello, omnium (vera dico) quos Ariſtoteles ſcripſit, & difficillimo & vtiliſsimo, magnum capiet philoſophiæ fructum cauſam inconcretilitatis (vt ita dixerim) in defectu aquæ aut terræ, aut redundantia caloris eſſe conſtat, proinde quibus minimum eſt aquei humoris, difficile concreſcunt vt oleum, & quibus minimum terræ & multum calidi, vt tenue & calidum vinum. Dicunturque inconcretilia quæ difficile admodum, dictarum cauſarum aliqua, concreſcunt. Cum vero præter prima elementa, nihil aut ſummo calore, aut ſine omni aqua aut terra ſit, haud ſatis ſcio an aliquid præter quatuor illa, inconcretile ſimpliciter dici debeat, ſed omnia dico plus minuſúe concretilia quodam modo. Nam & vaporem video concreſcere in niuem, vt mel & oleum aliquando dureſcere frigore. Verum ſiquis inconcretile ad cauſam dicat, vt inconcretile à frigore, in

concre=

concretile à calore, inueniet quædam in concretilia omnino, nam omnia quæ pertinent ad aquam, & denſata ſunt frigore, ſunt incontretilia calore, vt metalla quæ liquantur. Nam hæc prius abſumentur quàm opera caloris concreſcant. Immo fluunt tanto plus, quãto afficiuntur igne; verum frigore nulla ſunt incõcretilia ſimpliciter, ſed plus minuſúe, quia frigus omnia denſat, quare per ſe nulla ſoluit, ſed per humorẽ vt nos diximus, vt calor nulla cogit per ſe, ſed per ſiccitatem. ita habent concretile & inconcretile.

A calore quædam ſunt incõcretilia.

Frigore nihil eſt omnino inconcretile.

Caput nonum,

IN concretis emollibilia ſunt, quæcunq; non ex aqua, vt glacies (omnis enim glacies aquæ eſt) ſed quæcunq; terræ magis, & neq; euaporauit totum humidum, vt in nitro, vel ſale. neque habent inequaliter vt fi-

ctile, ſed ſunt tractilia, cum nõ humeſcant, vel ductilia, cum non ſint aquæ, & emollibilia igne. quale ferrum & cornu & ligna.

Vituperatur Ariſto obſcuritas.

NOn poſſum non vituperare Ariſtotelis, alioqui ſummi philoſophi, obſcuritatem pleriſq; in locis non neceſſariam. Certe hoc loco tam eſt obſcurus autor vt quoſdam enarratorum impullerit dicere, emollibilia debere eſſe tractilia, itaq; neq; inter eos cõſtat quidquã, neq; quid Ariſto. dicat, intelligunt. Docuerat ſane multo clarius paulo ante inter diſputandum de cõcretione & liquatione, quæ eſſent emollibilia, & quæ ſec⁹, quàm modo, cum ex profeſſo de illis paſſionibus diſputat. Verum vt factum eſt quod ex iactis propoſitis principiis colligit modo rerum ſummas cauſa breuitatis mire nos admonens conſequentiæ. Hæc ergo enarratores oportuit facere, quibus licet longius ſermone diuagari, & quæ ſemel ſunt confirmata repetere & autoris artificium detegere, quando autori placuit

cuit breuitas cum obſcuritate. Sed video nullum enarratorum in hoc libello multum elaboraſſe. Paſsiones quæ potentia dicuntur de rebus, oportet per paſsiones quæ actu dicuntur diffiniri, deinde paſsionum earum cauſas dici. nam ex harum notitia haud dubie prodibit, quæ ſint illius capacia, & quæ ſecus. vt emollibilia ſunt, quæ ex duris mollia fieri poſſunt. Quæ res ſint duræ, & quę molles dictũ eſt prius omnia dura fient aut mollia, calore frigore humore aut ſiccitate (nam quatuor has ineſſe rebus agẽdi virtutes dictum antea eſt) ſed ſiccitate nihil poteſt emolliri. nam ſiccitatis eſt duritiẽ, vt humoris mollitiẽ oſtendimus, neq; frigus poteſt rem quampiam emollire per ſe. Nã frigoris eſt per ſe cõſtringere, & cõcretionẽ facere. Cõcretio vero facit duritiẽ. frigus quidẽ videtur nõnunquã emollire, tamen ea actio re vera humoris eſt, qui cum ipſo copulatur. Ergo omnia quæ emolliuntur à calore id patiuntur, aut humore, vt & quæ liquantur. Et certe eodem modo res ex duris emolliuntur, quo ex concretis liquãtur. nimirum calor conficiens frigus, quod concretionem faciebat, & concretum frigore humorem in vaporem mutans,

mutans,& dilatans, ſoluit duritiem, quã concrectio pepererat. ſolutæ ergo duritiei ſuccedit mollities. Ita lutum & fictilia nondum cocta, ab igne fornacis emolliũtur prius, quàm rurſus dureſcant. Humore etiam emolliuntur quædam, vt ſoluuntur alia. nimirum quæ abſumptione humoris concreuerant & duruerant, reſtitutione illius emolliuntur. Ita duratam iã maſſam emolliunt. Verum quanquam eliquationis & emollitionis ſint eædẽ cauſæ, & idem modus, tamen non quæcunq; liquari poſſunt, & emolliri poſsint, aut cõtra. immo verò quædã ſunt, quæ poſſunt emolliri & liquari, quædã quæ neq; emolliri neq; liquari, quædam emolliri ſed nõ liquari, quædam contra liquari ſed non emolliri. Nimirum quæ ſolo frigore concreta ſunt, aut ſunt ad aquam ſolam pertinentia, vt glaties, aut ad terram & aquã vt ferrum & plumbum. Illa poſſunt liquari, tamen non emolliuntur, quia ſtatim ac ſoluitur glacies euadit aqua, aut aquea ſubſtantia, quæ eſt fluxa, tamen vt monſtratum antea eſt, non eſt proprie mollis: hęc emolliuntur prius, ac procedente actione liquantur. Ea etiam quæ ſolo calore concreuerunt aut totum fere humorem amiſ-

ſerunt

ſerunt vt ſal & nitrum, aut bonam illius partem adhuc retinent. Illa poſunt ſolui in aqua non tamen emolliri, quia aridæ partes cum minimo humore concreſcentes, habent amplos adeò poros, vt ſtatim interſecante ipſas ſubſtantia alia, in minimas particulas comminuātur. contrà quę cũ humore quodā ſunt habēt veluti quēdam lentoré, & ſtrictiores poros, & emolliuntur prius. licet tibi id experiri hac ratione, ſi glebam vdam in aquam immittis, reddes mollem & formabilem, ſi ariſsimam glebam, ſtatim ac voles tractare, diſſolues. Rurſum ea quæ calore ſimul & frigore concreuerunt, aut equaliter ab ambobus ſunt perpeſſa, aut ab altero plus. Illa nulla ratione ſunt ſolubilia aut emollibilia (talia eſſe oſſa dicit Plato) quæ à calore magis quàm frigore perpeſſa ſunt, aut habent poros capaces aquæ aut non, quæ habent, poſſunt in aqua emolliri & diſſolui, vt panis coctus, quæ ſecus, neque ſolui, nec emolliri poſſunt quapiam ratione, talia ſunt cocta fictilia. Quædam etiam ſunt à calore & frigore concreſcentia, quæ emolliri poſſunt aqua, tamen tantam partium compactionem cōſecuta ſunt, vt non diſſoluantur. huiuſmodi

ſunt

ſunt mille rerum genera, vt herbarum, li gnorum, & radicum quæ macerantur aqua, emolleſcentia, non tamen diſſoluuntur. In hoc etiam genere ſunt res omnes duræ elixabiles & aſſabiles ſcilicet, emolliũtur, hæ à calido ſolo, illæ à calido in humido, tamen non liquantur. paſsiones hę mixtorum aliæ ex aliis fiunt, vt nihil eſt tractile aut ductile, quod neq; molle eſt, neq; emollibile. nam tractile eſt quod trahi poteſt in longum, intẽtum verſus rem mouentem, vt fibræ, & corrigiæ: ductile, quod in latus & altum etiam duci poteſt à parte centri, vt maſſa. Conſtat ergo non poſſe eſſe ſequax quod durum eſt. nam ſi nullatenus poteſt comprimi, neq; poſsit dilatari, aut trahi. Trahuntur verò quædã quia ſubſtantia talia ſunt, quædam madefacta humore, vt ducuntur quædam, quæ aquæ tantum ſunt, quæ tamen dixi non eſſe emollibilia, ſed ſolubilia. Ergo quæ emollibilia ſunt, quin madeſcant, ſunt ſubſtantia ſua emollibilia, & proprie ductilia ſunt, quæ ducuntur cum nõ ſint aquæ. His intellectis ſunt aperta ſatis Ariſtotelis verba alioqui obſcuriſsima. nimirũ emollibilia ſunt, quæ non ſunt aquæ ſolius, vt glacies, ſed quæcũq; ſunt terræ magis. ne

intel=

intellige, magis quam aquæ (nam multa ſunt emollibilia quæ non ſunt magis terræ quam aquæ, vt ferrũ. id enim ſolo frigore concreſcit) ſed ſunt terræ magis quã glacies. neq; ita tamen terræ ſunt, vt euaporauerit totum humidum, vt in ſale aut nitro, neq; habent meatus inequales humori, minores ſcilicet quam vt humorẽ capiant, vt fictile. Sed ſunt tractilia etiam ſi non madefiant, aut ductilia etſi non ſint aquę, & ſunt emollibilia igne. Sed cur cum dixiſset tractilia non humeſcentia, & ductilia non aquæ, addit, emollibilia igne? An omnia ſunt emollibilia igne, nulla aqua? non omnia, ſed ea quæ non madefacta fiunt tractilia, ſunt emollibilia igne, vt ferrum & cornu, & fortaſſe quædã ligna. (quanquam quæ ligna ſint emollibilia igne non ſatis ſcio) ne tamen intellige hic Ariſtotelem diſſerere de ſolis igne emollibilibus. nam fictilia cocta non fiũt inemollibilia igne, eò quòd habeant anguſtos poros, ſed fiunt inemobilia aqua. diſſerit ergo de inemollibilibus, aut emollibilibus humore, non ſolum igne. ſed Ariſto. dicit quædam, & ommittit pleraq; præ nimia breuitate. quæ tamen nos iam addidimus.

Sunt

SVnt autem liquabilium & illiquabilium, alia tinctilia, alia non tinctilia, vt æs, quod non eſt tinctile quanquam eſt liquabile. lana & terra tinctiles madefiũt enim, & æs quiddam liquabile non ab aqua tamen. Verumtamen & eorum quę ab aqua ſunt liquabilia quædam non tinctilia ſunt, vt nitrum & ſal. Neque enim aliud quicquã tinctile quod non mollius fiat madefactum. Quædam autem tinctilia cum ſint non ſunt liquabilia, vt lana & fructus. Sũt autem tinctilia quidem, quæcunque terræ cum ſint, & aqua duriora, habent meatus maiores aquæ partibus, liqua-

bilia

bilia autem aqua, quæcunque per totum. qua de cauſa terra & liquatur & tinguitur ab humido, nitrum autem liquatur quidem, tingitur autem nullatenus. quia in nitro per totum meatus ſunt, quare diuiduntur ſtatim ab aqua partes, in terra autem variant meatus, quare, vtrumuis accipiatur, paſsio differt.

TInctilia ſunt quæ poſunt tincturam accipere, ea ita diffinit Ariſtoteles ἔστι δὲ τεγκτὰ μὲν ὅσα γῆς ὄντα, ἔχει τοὺς πόρους μείζους τῶν τοῦ ὕδατος οὐγκων ὄντων σκληροτέρων τοῦ ὕδατος. Quæ verba à nonnullis ita transferuntur. Sunt autem intingibilia quidem, quæcunque terræ existentia, habent poros maiores aquæ mollibus, exiſtentibus durioribus aqua. & certè verba ita videntur ſignificare, &

optime videtur obſeruatus contextus il=
lorum. Sed nullus explicat quæ ſint aquæ
moles exiſtentes duriores aqua ipſa neq;
videntur eſſe omnino aliquæ. nam aquæ
partes non ſint aqua duriores. Nam vnde
accedat aq̄ mollities niſi ex partibus? Pro-
inde alii illa verba οὕτων σκληροτέρων nō
referunt ad τῶν ὄγκων ſed ad res ipſas tin
ctiles, quaſi ita dicatur. rerum quę ſunt du
riores aqua illæ ſunt tinctiles, quæ terræ
ſunt, & habēt meatus maiores aquæ mol-
libus. quē ſenſum ſecutus, ego ita expreſ=
ſi. Sunt quidem tinctilia, quæcunq; terræ
cum ſint & aqua duriora, habent meatus
maiores aquę partibus. nam τῶν ὄγκων nō
video quid aliud poſsit ſignificare quam
partes, quæ enim alię dicantur aquę mol-
les, quam particulæ aquæ, quarum eſt cer
ta quædam molles. Certe quanquam res
omnis per ſe verè eſt vna, ac non potius
per congeriem eſt continuata, & res o=
mnis talis habeat infinitam diuiſionem,
tamen dicuntur res quædam aliis rebus
eſſe maiorum aut minorum craſsiorum
aut tenuiorum partium, non certe quod
maioribus aut minoribus conſtet trian-
gulis aut corpuſculis (nam refugit intel-

lectus

lectus hæc dogmata) ſed quod cum res omnes poſsint corrumpi per diuiſionem, quædam citius ac facilius poſsint interim non corruptæ, in minores & tenuiores partes comminui, aliæ aut difficilius, aut tardius aut omnino non ſuſtinent tantam comminutionem, quin corrumpantur. illa ſunt tenuium, hæc craſſarum partium, & illæ particulæ ſunt ſubſtantiæ moles. Huc reſpiciens Ariſtoteles inquit, intinctilibus debere eſſe poros maiores aquæ molibus, quò, ſcilicet, moles ipſas aquæ penitiſsime capiant, nam aliter effluet aqua, re non intincta. Hac de cauſa oportet vt intinctilia terræ ſint magis quam aquæ: nam quæ aquæ ſunt, nunquam habent poros partibus aquæ maiores. cùm, quoniam ea omnia ſunt concreta frigore, frigus verò multo magis obturat ea quæ conſtringit quam ignis, tum etiam quia cum aquea ſint ſuapte natura habent poros non maiores aqua. Ergo æs (atque eadem ratione alia metalla) non eſt tinctile, quanquam eſt liquabile, eſt enim liquabile igne non aqua. quò fit vt ſit concretum frigore, & aquæ magis quam terræ.

Quæ res ſint craſſarũ partium & q̃ tenuiũ.

Cur aq̃a nõ ſunt ĩtinctilia.

multa etiam ad terram magis quàm ad aquam pertinentia non ſunt tinctilia, quędam, quod ſtrictiores habent meatus, vt fictilia cocta, quædam quod habent ampliſsimos, & per totum, vt Ariſtote. inquit, id eſt penitiſsimos ac circunquaque productos, vt ſal & nitrum, nam quæ talia ſunt, vt prius dictum eſt, ab ingrediente aqua comminuuntur, fiunt verò talia, quæcunque ſunt impenſe arida. Hæc ipſa, quæ cum habeant meatus capaces aquæ, nõ emolliũtur ſed diſsipãtur, dicũtur nõ eſſe aqua duriora ab Ariſtote. Quo loco perpende nomen illud, Durum, nõ dici propriè de re dura, nam ita nihil diceretur durius altero niſi illud alterum molle ſit, nam molle ad durum & durum ad molle dici antea monuimus, ſed aquam proprie non eſſe mollem dictum etiam eſt, ergo dicitur hoc loco durius aqua nõ proprie, ſed per metaphoram, vt durius alio dicitur, quod ab illo non vincitur, ſed illi reſiſtit. conſtat profecto rem quancumque quæ ad terram refertur, eſſe duriorem, id eſt, ſolidiorem aqua. Quid ergo Ariſtote. cum dixiſſet, quæcunque terræ cùm ſint, addidit, & duriora aqua? Certe perinde eſt ac ſi dixiſſet, & quæ ab

Durũ dicitur per metaphoram.

aqua

aqua non diſsipantur aut diſſoluuntur. Nam ea tantum tinctilia ſunt, quæ cum madefiunt molliora redduntur, at verò quæ ſtatim diſsipantur, non ſunt emollibilia, ſed liquabilia tantum. Itaque rerum quædam ſunt, quæ liquantur & non intinguntur, quia non emolliuntur, vt nitrum & ſal, quædam, quæ non liquantur, ſed intingũtur, quia emolliuntur, vt lana & quidam fructus, quædam intinguntur & diſſoluũtur, quia emolliuntur primùm, deinde procedente actione diſſoluuntur, vt terra: quædam quæ neque intinguntur neque liquantur, quia neq; emolliuntur, vt coctum fictile. Verum videntur, vt in nitro ſunt per totum pori, ita in terra non per totum, ſed varii eſſe, alii maiores alii minores inequaliter. quare vtcunque aqua accipiatur, ſiue imbibatur in terra, paſsio differt, id eſt, diuerſa ſecundum partes fit. Itaque terra intingitur, non admodum equaliter, cauſa inequalitatis meatuum.

CORPORVM quædam ſunt flexibilia & directilia vt arundo & vimen, quædam inflexibilia vt fictile & lapis. ſũt autem frexilia & directilia corpora quorum longuitudo poteſt in rectitudinem ex peripheria & ex rectitudine in peripheriam mutari. atque flecti & dirigi, eſt in rectitudinem, vel in peripheriam formari & moueri. Etenim & inflexum & reflexum flectitur. ergo motus incuruum & cauum ſalua longitudine eſt flexio. Si enim in rectum, ſic ſimul & flexum & rectum, quod eſt impoſsibile, rectum eſſe flexum, ac ſi flectitur, omnino aut inflectitur.

Horũ

Horum autem illud quidem in curuum, hoc in cauum mutatio eſt, non ſane ſit & in rectum flexio, ſed aliud eſt flexio, ac directio. & hæc ſunt flexibilia & directilia, & non flexibilia & non directilia.

SAtis aperte docet Ariſtote. quæ ſint flexibilia, ac directilia & non directilia. ac monſtrat aliud eſſe rem flecti, aliud dirigi. Verum nõ docet qua de cauſa paſsio hæc rebus quibuſdam inſit, & aliis non inſit. Tamen conſtat flexibilia cauſa humoris quem habent talia fieri. Nam vimina & arundines cum areſcunt. Fiunt non flexibiles, ſed franguntur. ſcilicet humor facit partium lentorem neque tamen debent res eſſe fluxę, quo flexibiles ſint, nam illæ non retinẽt partium continuitatem, ſed abſcedunt partes à partibus.

Qua cauſa ſint res flexiles.

SVNT etiam quædam fragilia & comminuibilia vel ſimul vel ſeparatim, vt lignum, quod & ſi fragile eſt, tamen nō eſt comminuibile, glacies autem & lapis comminuibiles ſunt, non fragiles, fictile tamen comminuibile & fragile eſt. Differt autem quod fractio eſt in magnas partes diuiſio & ſeparatio, comminutio in quaſcunque & plures duabus. Quæ igitur concreta ſunt, vt multos alternè poſitos meatus habeāt, comminuibilia hactenus enim diuiduntur, quæ vero longius, fragilia, quæ vtraque meatuum genera habent vtriuſq; generis ſunt.

VBi nos legimus cōminuibilia, alij multi legunt ruptilia, intelligentes paſsiones de quibus hic diſſerit Ariſtoteles eſſe ruptile & fragile, atq; adeo cum Ariſtoteles vtatur his nominibus κατακτὰ καὶ θραυστὰ quidam vertunt ruptilia & fragilia, quidā contra fragilia & ruptilia. quo fit ut in lōge pugnantes ſententias trahant autorem. alij enim ſecuti priorem verſionem legunt, glacies & lapis fragiles non ruptiles, alij ſecuti ſecundam legunt, glacies & lapis non ſunt fragiles ſed ruptiles. Verum oportet ſcire Ariſtotelem nihil hic diſcriminis ſtatuere inter ruptilia & fragilia, ſed hoc loco eadem eſſe, aut ſi quid eſt diſcriminis, quæ rumpi, non frangi, dicuntur, pertinent ad fiſsilia, de quibus poſtea diſputabit. Modo κατακτὰ appellat Ariſt. fragilia ſiue ruptilia, θραυστὰ comminuibilia. id faciunt palam ſequentes diffinitiones, & exempla, quæ aliter minime quadrarent. Nam fractio eſt in duas partes aut ſaltem in magnas diuiſio. An non & quæ finduntur aut rumpuntur in duas partes diuidi poſſunt? Comminutio eſt diuiſio in multas & paruas, aut ſaltem plures duabus, nam diuiſio in duas nullate-

nus eſt θραῦσις verum poteſt eſſe ruptio. Itaque θραῦσις eſt cōminutio. Cauſā qua quędā res ſunt fragiles tantū, quædā tantū friabiles quædā vtrunq;, meritò reiicit Ariſt. in modū pororū ſiue meatuū. Nō em̄ in ſiccitate eſt, vt hoc aut illud ſint, nam vtręque res ſunt ſiccę, ſaltem, non valde humidæ. tales enim res vt quæ fluxæ ſunt, neque fragiles neque friabiles ſunt. Itaque, quæ meatus habent multos & alternatim poſitos, ideſt hos inter illos, comminuuntur, quia cum minimas habeànt inter meatus particulas (habent enim minimas cum crebri ſint meatus) hucuſque, ideſt ad minimas vſque particulas, diuiduntur. Quæ verò magnos & raros habent meatus, frāguntur. non enim ad minimas particulas comminui poſſunt, quippe quę, cùm non habeant crebros meatus, habent inter eos magnas particulas. Eadem ratione, quæ vtriuſque generis habent meatus, ſcilicet, quoſdam magnos & raros, quoſdam inter illos paruos & crebros. vtriuſque paſsionis ſunt participes. Cum ergo ictu aut plaga per magnos illos & raros poros diuiduntur, frangi dicentur, cum per paruos, etiam comminui. Ligna plera-

pleraque franguntur, &ſi non comminuuntur, niſi deſiccentur. glaciem & lapidem ſi quis velit in duas partes ſecare, difficile id faciet, nam res friabiles ſunt, & comminuuntur. fictile vtrunque patitur crebro. Sed cur lignum fragile tantum, ariditate fit friabile? Certe quia conſumptis partibus humidis, fiunt in illo crebriores pori.

ET hæc quædam ſunt impreſſibilia, vt æs & cera, hæc autem non impreſſibilia, vt fictile & aqua. eſt autem impreſſio extremitatis per partes in imum trãſmiſsio, pulſione aut plaga, aut omnino tactu. Sunt autem talia, & emollibilia, vt cera manente alia extremitate per partes cedit, & dura, vt æs, & quæ non impreſsibilia ſunt.

ſunt

ſunt & dura vt fictile non enim cedit in profundum extremitas, & humida vt aqua, quæ cedit quidem, ſed non ſecundum partes immo in contraria diſtrahitur.

IMpreſsibilia ſunt, quæcunq; impreſsionem poſſunt accipere, vt ſigilum aut figuram aliam, taleúe quidpiam. Fit impreſsio quibuſdam extremitatis partibus, impulſione aut plaga, aut ſaltem tactu aliquo ad imum pulſis, reliquis in extremitatis regione manentibus. Pulſione & plaga ſignificatur, maior ictus, tactu ſignificatur contrectatio leuis. Omnia quę impreſſionem poſſunt accipere, cauſa humoris quem habēt bene cum ſicco mixtum, qui molliciem illam facit, qua partes quædam impellenti, percutienti, aut omnino tangenti cedunt, id habent. tamen quædam impreſsilium, ſunt ſimpliciter mollia, ad tactum ſcilicet noſtrum vt cera, quæ ſolo tactu poſſunt impreſsionē accipere, quædam ſunt ſimpliciter dura vt æs. his nō eſt ſatis

ſatis tactu. impulſione aut ictu eſt opus. Ea etiam quæ non ſunt impreſsibilia, ſunt nõnunquam dura, vt fictile, nõnunquam humida & fluxa, vt aqua. hæc enim quanquam tactui non reſiſtit, tamen non eſt impreſsibilis, eadem ratione, qua neque mollis eſt proprie, ſcilicet; diffunditur pulſa & effluit. Videri poſsit Ariſto. hoc loco inconditio ordine hæc docuiſſe, quia cum in his diuiſionibus contraria contrariis videretur velle opponere, oppoſuit in prima μαλακτὰ ideſt emollibilia, & σκλη ρὰ ideſt dura, tamen dura mollibus ſunt contraria, non emollibilibus. Nam eſt res eadem dura & emollibilis. In ſecunda diuiſiõe hæc oppoſuit σκληρὰ ideſt dura, & ὑγρὰ ideſt humida. Sunt tamen contraria humida ſiccis, & dura mollibus, haudquaquam dura humidis. Certe vt dixi tam vult eſſe Ariſto. breuilocus vt non poſsit non eſſe obſcurus, μαλακτὰ perinde declarant quidã enarratorum ac ſi ſcriptum eſſet μαλακὰ ideſt mollia. Tamen ego, non ſine cauſa, intelligo, Ariſtotelem emollibilia dixiſſe. Nam appoſuit exemplum ceræ, video tamen ceram niſi contrectata manibus ſit, vel aliter emollita,
ple-

plerunque eſſe duriorem, quàm vt ſolo tactu poſsit impreſsionem accipere. Ergo Ariſtoteles voluit vno nomine ſignificare quæ ſimpliciter ſunt mollia, aut ſimpliciter emollibilia. Voco emollibilia ſimpliciter quæ venire poſſunt ad mollitiē quæ tactu noſtro cognoſcatur, quomodo ferrum & cornu non ſunt emollibilia, quā quam emollibilia ſunt ab Ariſtotele ipſo antea vocata, ſed hoc modo emollibilia ſunt, pix, ſeuum & cera. Hæc ergo vocauit hoc loco *μαλακτὰ* contra quę dura cū ſint, ad tantam mollitiem trahi non poſſunt appellauit *σκληρὰ*. oppoſuit itaque contraria contrariis. In ſecunda diuiſione non oppoſuit dura iis quæ proprie appellantur mollia, ſed iis etiam quæ improprie vt aqua. Sunt verò hæc illis contraria ea ratione, qua illa reſiſtunt tactui hæc nō reſiſtunt. Caute tamen hęc Ariſtoteles noluit appellare *μαλακὰ* ideſt mollia, ſed *ὑγρὰ* ideſt humida, quo proprie loqueretur. Nulla itaque res quæ proprie mollis ſit, non eſt impreſsilis, tamen eſt non formabilis, vt ſtatim docet, ita dicens.

Quæ dicātur ſimpliciter emolibilia

Impreſsi-

IMpreſsibilium autem, ea quę impreſsionem retinent, & facile impreſsibilia ſunt manu, hæc ſunt formabilia. Quæ verò aut non ſunt facile impreſsibilia, vt lapis aut lignum, aut facile quidem impreſsibilia, non tamen manet impreſsio vt lanæ & ſpongiæ, non formabiles ſed compreſsiles ſunt.

IMPRESSIBILIVM quædam ſunt formabilia quædam non ſunt omnia enim quorum ſuperficies poteſt per partes in profundū pelli, ſunt impreſsibilia, fomabilia vero nō ſunt niſi impreſſionē accipiāt facile, & retineāt. nulla itaq; res non impreſsilis eſt formabilis, ſed impreſsibilium etiam, res duplices non ſunt formabiles, & quæ difficile ſunt impreſſiles*, & quæ impreſsionem non retinent.

Sunt

SVnt compreſsibilia quæcunque pulſa in ſe ipſa coire poſſunt in imum mutata extremitate, non diuiſa, neque alia parte per aliam tranſpoſita, vt aqua facit. Hæc enim contra fertur.

COmpreſsibilia ſunt omnia ea, quorum extremitas in imum poteſt pelli, quin fundatur, more aquæ, vt lana & ſpongia.

EST autem pulſio, motus à mouente qui fit tactu, percuſsio autem eſt cum à latione fit.

CVM Ariſtoteles in finitione impreſſibilium & compreſsibilium mentionem fecerit pulſionis & percuſſionis, modo claritatis gratia vult docere, hi motus quales ſint lib. 7. de motu ſiue phyſico auditu

Quatuor lationis modi.

auditu cap. 2. dicit ὑπ' ἄλλου φορᾶς id eſt lationis ab alio, quatuor eſſe ſpecies, quarum ſunt hæc nomina, ἕλξις id eſt tractio ὦσις id eſt, pulſio, ὄχησις i. vectio, δίνησις id eſt, volutatio. Ad has vero quatuor, omnes lationes, ſi quæ aliis nominibus prędităe ſunt, referri dicit. Ad quam ergo refertur πληγὴ id eſt percuſsio? Certe ad pulſionem. Nam à tractione vectione & volutatione longe differt. Itaq; ea, quam modo appellat Ariſt. pulſionem, & percuſsio ſpecies ſunt eius pulſionis, quam. 7. de phiſico auditu diffinit. Atq; adeo cum pulſionis loco illo dictæ ſint duæ ſpecies impulſio & expulſio, Ambo motus, de quibus hic diſſerimus, referũtur ad impulſionem nam impulſio fit, re mouente proſequente rem quæ mouetur, ita res quæ verberat aut percutit, proſequitur motu ſuo rem quæ verberatur, vt res quæ vtrunq; pellit proſequitur motu proprio rẽ, quę vtcũq; pellitur. Qua ergo ratione differunt hoc loco pulſio & percuſsio? Pulſio eſt motus à mouente qui fit tactu, percuſsio autẽ à latione, id eſt pulſus tribuitur magis mouẽti rei, percuſsio lationi ipſi, rei quæ percutit. Vt cũ aliquis manu ſua rei alicui admota

Percuſsio pulſio eſt.

illam pellit, nequaquam expellens rem illam ſed ſemper conſequens, pellere dicitur, neque tam dicet quiſquam illum mouere ſuam manum, quàm mouere rẽ aliam manu. Si vero bibrat brachium, ac in ipſa brachij latione rem quampiam obuiam pellit, percutere dicitur, iſque dicitur mouere manum, & percuſsio latione manus facta. hac itaq; ratione differũt hoc loco pulſio & percuſsio. Eſt vero opus ſæpe multis ad breuiſsimarũ dictionũ enarrationem, quod hic autor non raro vtitur varie ac equiuoce nominibus.

Ariſt. variè vtitur multis nominibus.

COmprimuntur autem quęcunq; meatus habent vacuos congeneri corpore. Et compreſsibila ea ſunt, quæ poſſunt in ſua ipſorum vacua coire, vel in ſuos ipſorum poros. aliquando em̃ nõ ſunt vacui ij in quos coeunt, vt madefacta ſpongia (pleni enim ſunt illi pori) ſed ea quorum pori pleni ſunt mollio

ribus

ribus, quam illud ipſum, cuius naturę eſt coire in illa ipſa. Cõpreſsibilia igitur ſunt, vt ſpongia, lana cera & caro. Incompreſsibilia autem, quæ natura ſua non poſſunt coire in ſuos ipſorum poros, eo ꝙ aut omnino illos non habent, aut habẽt plenos durioribus, ferrum enim incompreſsile & lapis & aqua, & omne humidum.

CAuſam quod res aliquæ cõprimantur, aut non poſsint cõprimi, totã eſſe dicit in pororũ multitudine & magnitudĩe (ita.n. intelligi đbet) q vacui ſint aut pleni ſubſtantia alia tenuiori. Quo loco intellige vacuos poros appellari, eos qui ſolum aërem, aut aëri igniúe ſimilem tenuitate ſpirationem continent. Nam ſi aliter intelligas, nulli pori ſunt vacui. itaque accipit vacui nomen vt à veteribus accipi ſolitum docet ipſemet, libro ſecundo de anima capite octauo, vbi ita ſcripſit. *Vacui pori qui dicantur.*

recte autem à veteribus audiendi vis vacuo tribuitur. Nam aër vacuum eſſe videatur. Compreſsilia ergo ſunt ſpongia & lana & cera & caro, quia aut vacuos habent poros, aut ſucco aliquo plenos, qui facile exprimitur. Ferrum & lapis raros & exiguos habent meatus, & eos quidem dura ſubſtantia plenos, aqua & omne humidũ (dicunt omnes Ariſt. enrratores) quia carent poris. Verum ego cauſam cõpreſsionis non puto totam debere in poros reiici, ſed prætereà modum ſubſtantiæ rei ipſius debere addi. Non enim ſatis eſt quo res aliqua comprimatur, ſi poros habeat aëre aut humore ſolo plenos, ſi illa eſt valde dura, & neq; flexibilis, aut contra, ſi tactum refugit ſtatim. Non enim ſi ſpongię corpus adamantinum fieret, aut lanæ pili, poris nihil mutatis, ea corpora eſſent compreſsilia, quanquam alioqui haberent vacuos meatus, ſcilicet ipſa corpora non eſſent mollia, aut flexibilia. Iam vero quicquid de poris aquæ ſit, quamuis fingas aquam aliquam multis præditam poris, iiſque aëre plenis, eam tamen certum eſt nõ fore idoneam compreſsioni. Nã refugiet ſtatim aqua tactum comprimentis. Ergo ſunt alia quæ poſsint prohibere compreſſionem,

Aqua cur non ſit cõpreſſilis.

ſionē, preterquàm ꝙ res careat poris, aut eos habeat re duriori plenos. Opus ergo eſt, quo res aliqua ſit compreſsilis, vt ſubſtantia ſua non ſit valde dura, vel vt flexilis ſit, & vt habeat meatus inanes aut ſubſtantia aliqua plenos, molliori quàm res ea ſit. Aquam itaque non tam puto eſſe incompreſsilem, ꝙ poris careat, quàm quòd tactum refugiat. nam conſtat per eam aërem & ſpirationes alias permeare, neque certe ſi id non ita haberet, poſſet aliqua ratione denſari. Sed de hac re dicam multo plura, ſi vt eſt animus, in libros de motu commentaria ſcripſero. Modo illud vnum eſt dictis addendum, Ariſtotelem nullum exemplum apposuiſſe, vt omnes ſui enarratores interpretatur rei quæ non poſsit comprimi, quod meatus habeat plenos duriori ſubſtantia. Nam ferrum ideo non eſt compreſsile, quod ſubſtantia eſt durum & poros habet exiguos ac raros. non vt illi dicunt quod habeat poros, ſed plenos ſubſtantia dura. Qua enim ſubſtantia? An ferro? At vbi eſt ſubſtantia ferri, non eſt meatus. nam eſt ferrum. Immo meatus, quantumuis exigui ſint, ſunt in ferro, vt cauum eſt in vitreo vaſe.

Notantur enarratores Ariſt.

TRACTILIA ſunt ea, quorum extrema pars poteſt transferri in obliquum. Nam trahi eſt, ſuperficiem ad id quod eſt mouẽs trãsferri, nõ amiſſa continuitate. Sunt autẽ tractilia vt pillus larum neruus maſſa, viſcum, quædam autem non tractilia, vt aqua & lapis. Quędam igitur eadem ſunt tractilia & compreſsilia vt lana: quædam non eadem vt pituita quæ compreſsilis nõ eſt, ſed tractilis, & ſpongia compreſsilis quidem: non tamen tractilis.

CAPITE nuper citato ex lib. 7. de motu diſſerit Ariſt. de tractione, ſed longe aliter quam hoc loco. nimirum illic diſſerit de rei totius tractiõe verſum eam quæ trahit, vel aliam ad quam tractio

tractio fit. Ita enim eo loco ſcripſit ἕλξις δ' ἡ ἀπ' ἄλλου, πρὸς αὑτὸ, ἢ πρὸς ἄλλο, ὅταν θᾶττον ἡ κίνησις ᾖ τοῦ ἕλκοντος, ἢ χωρίζουσα ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ. οὕτω γὰρ συνεφέλκηται θάτερον id eſt tractio autem eſt quę ab alio ad ſeſe vel ad aliud, cum velocior ſit trahentis motus is qui ſeparat à ſe ipſis ea quæ ſimul ſunt. Ita enim alterũ extrahitur. Verum hoc loco diſputat de re quę ſecundum partem trahitur, id eſt extenſa verſum rem quę illam trahit, per partes extrahitur, re ipſa tota neq; diuiſa, neque cedente loco, quæ eſt. reliqua omnia ſunt in exemplis aperta ſatis.

SVNT autem quædam ductilia vt æs, quædam non ductilia vt lapis & lignũ, Sunt vero ductilia quidem ea quorum extrema pars poteſt eadẽ plaga ſimul in tranſuerſum & in imũ per partes transferri. Non ductilia autem, quæ id non poſſunt pati. Sunt autem ductilia

omnia etiam impreſsilia: impreſsilia verò non omnia ductilia, vt lignum. Vt quidem vniuerſim dicã, reciprocatur. Compreſsibilium autem quædam ductilia quædam minus. Cera quidem & lutum ductilia, lana autem non, neq; aqua.

DVctilia ſunt ea quæ eodem ictu poſſunt ſimul & in profundũ pelli & in partes laterũ fundi, ita accidit pleriſq; metallorum malleo percuſsis. Conſtat cauſam qua aliquid tractile, ductile, compreſſile & impreſſile eſt, in lentore quodam partium cum poris ad eos motus idoneis conſiſtere. Lentor verò fit humore bene cum ſicco mixto, quod paulo infra dicemus. Quo fit vt inter metalla illud ſit aliis melius, quod melius ducitur, id eſt equali ac in oẽs partes ſimul. id. n. min⁹ habet ad mixtæ fæcis, quod obſiſtat, & modũ propriē ſubſtantiæ habet meliorẽ, & humidũ cũ ſicco meli⁹ admixtũ, quod lẽtorẽ facit.

Vbi

Vbi dicitur vt quidem vniuerſim dicam reciprocatur, non dubito codicem Græcum eſſe corruptum. Eſt enim ita ſcriptũ ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλκτὰ ἅπαντα καὶ ἐλαστά, τὰ δὲ ἐλαστά, οὐ πάντα ἐλκτά, οἷον ξύλον idest, ſunt aũt ductilia oĩa etiã impreſsibilia, impreſsibilia vero non oĩa ductilia, vt lignũ. ſtatim addit ὡς μὲν τοι ἐπίπαν εἰπεῖν, ἀντιστρέφει ideſt vt quidem in vniuerſum dicam reciprocatur. Qua ratione hęc quadrant prioribus? nã ſi non omnia impreſſilia ſunt tractilia, vt ligna multa, quę quãquam ſint impreſsilia, non ſunt tractilia, qua ratione ſermo reciprocatur in vniuerſum? Quidam enarratorum interpretantur ἐπίπαν id eſt maiori ex parte, quaſi diceret τὰ πλεῖστα. Sed non recte interpretantur nam cõtrarium prorſus ſenſum exprimunt, ei qui eſt in verbis autoris. Nam quod magna ex parte accidit nõ accidit in vniuerſum, quod eſt ἐπίπαν itaque multo veriſimilius eſt, vbi legitur ὡς μὲν τοι ἐπίπαν, εἰπεῖν, ἀντιστρέφει legi debere οὐ μὲν τοι, ἐπίπαν εἰπεῖν, ἀντιστρέφει id eſt nõ quidẽ, vt in vniuerſum dicã, reciprocatur, ita euadit ſenſus aptiſsimus.

SVnt etiam quædã fiſsilia vt lignum, quęda non fiſsilia, vt fictile. eſt aũt fiſsile quod poteſt diuidi, plus quàm diuidens diuidit, finditur enim, cùm plus ſecatur, quam id quod diuidẽs eſt, ſecat, & antecedit diuiſio: in ſectione autem non eſt hoc: non fiſsilia autem quæcunque non poſſunt hoc pati. Eſt autẽ nihil molle fiſsile (dico autem mollia ſimpliciter, & non alia ad alia, ita enim & ferrum erit molle) neque dura omnia ſunt fiſsilia, ſed quęcunq; neque humida ſunt, neq; impreſsilia, neque comminuibilia. Talia aũt ſunt quæcunq; ſecundum longitudinem habent meatus, qui

bus

bus coniungũtur inuicem: ſed non ſecundum latum.

FIſsile eſt quod finditur, hæc etiam paſſio, vt & priores, ex modo ſubſtantiæ in humore & ſiccitate, & in modo pororum conſiſtit. ſcilicet, quę poros habẽt, quibus partes coaleſcũt, ſecundum longũ conſtitutos, nõ ſecundum latum, ea ſunt fiſsilia. debent hæc eſſe dura. nam mollia non ſeccantur, niſi quantum res quæ ſeccat penetrat. neq; verò dura quæcunque ſunt fiſsilia, ſed ea tantùm quæ neque impreſsibilia ſunt, neque comminuibilia. Nam illa ſunt molliora quam fiſsilia: hæc comminuuntur. ſed dices, Ariſtotelem in exemplis contraria protuliſſe. Nam paulò ante dixerat, lignum eſſe impreſsile nõ tractile, modò fecit lignum exemplum fiſſilis rei, fiſsilia verò dicit non eſſe impreſſilia, eſt ergo lignum fiſsile & non fiſsile. *Obiectio* Certe ſi lignorum eſſet ſpecies vnica, non poſſet Ariſtoteles à contradictione vindicari, ſed ſunt complures, ſuntque ita lignorum quædam genera fiſsilia non impreſsibilia, quædam impreſsilia non fiſſilia. *Dilutio.*

Rerum

RERVM autem quæ ſunt concretæ duræ aut molles, ſectiles ſunt, quęcunque poſſunt diuidi, neque diuiſionem neceſſario anticipantes, neque comminuta. Quæcunque autem huiuſmodi ſunt, aut humida, inſectilia, nonnulla autem horum ſunt & ſectilia & fiſsilia vt lignum. ſed maiori quidem ex parte fiſsile ſecundum longum, ſectile ſecundum latum. Cum enim diuidatur vnumquodque in plura, cui quidem longitudo multa ſit, vnum fiſſile eſt huic; cui autem latitudo multa ſit, vnum ſectile huic.

TOta hæc dictio eſt ſatis aperta præter partem vltimam, quæ non alia de cauſa eſt obſcura, quàm quod autor ipſe enigmate vti vltrò voluit. Sectiles dicuntur illæ res quæ diuiduntur, neque fiſsiles neque comminutæ, ita tamen vt diuiſionem retineant. Nam aqua, & humida oĩa (ita vocari res fluxas antea dixit) diuidi poſſunt interlabente re alia, & neq; finduntur, neq; comminuuntur, tamen non dicuntur hoc loco ſectiles. nam gratia nimii humoris, nulla pars illorum conſiſtit, neque diuiſionem retinet. ſed quod ad vltimam partem attinet, ita intelligendum eſt, rem quamcunq; conſtare ex partibus, atq; partes poſſe eſſe, aut longas, fibrarum more, aut ſecundum longitudinem interſectas, & amplas. ſiquidem corpus eſt anomiomères, ſiue æterogeneum aut multiforme, poteſt partes habere, ab aliis partibus ſubſtantia diuerſas, ac illarum ratione fieri, aut fiſsile aut ſectile: ſi eſt omiomères, & ſimplex omnino, modus ſaltẽ pororum poteſt hoc partium diſcrimen efficere, qui ſecundum longum aut ſecundũ latũ ſint. Ita quæ hoc loco appellantur ſectilia, ſiue diuidua, non ſunt, quæ vt cũque diuiduntur, ſed quæ ſecundum latũ,

neque

Commendatur diuus Tho.

neq; cōminutæ neq; fiſſæ. Recte enim dicit diuus Thomas hic non fuiſſe de ſectione ſimpliciter agendū, quod hæc ratione materiæ primæ conueniat rebus, non ratione qualitatum elementorum.

LEntum eſt, quod ductile eſt, vel humidum, vel molle. Talia autem ſunt mutuo annexu (ἐπαλλάξιν vocat) quæcunque velut catenę quędam fiunt corporum. Hęc enim multum poſſunt protrahi & coire. Quę aūt non ſunt huiuſmodi, friabilia.

LEntum eſt quod eſt ductile, ſimulque molle aut fluxum. Sed qua cauſa fiat non eſt dictu facile. Nam Ariſto. dicit fieri τῇ ἐπαλλάξει ſignificat autem ἐπαλλαξις nunc varietatem, aut diuerſitatem: nunc, eum rerum multarum concurſum & congreſſum, vt ſenſum fallant. certe hôc loco veriſimilius eſt Ariſtotelem intelligere, mutuū partium annexum aut congreſſum, quàm diuerſitatem cū, quod diuer-

diuerſitas partiũ non facit lentorẽ, tum etiã quod, addit quæcunq; velut catenæ quædam fiunt corporum. Certe mihi videntur hac eadem ratione reſponſuri, quibus placebat corpora conflari ex inſectilibus corpuſculis. illi enim omnia generari dicebant illorum concurſu, quare ſi illa corpuſcula ita angulis quibuſdam cõcurrerẽt, vt veluti catenã conflarent, corpus euaderet lẽtũ, ſin aliter, friabile. ſed ſi placitũ hoc eſt falſum, quo pacto intelligas catenã fieri partiũ, gr̃a cuius res ſit lenta? Certe Ariſtoteles vtitur ſæpe ad dilutionem problematum, aliorum philoſophorum placitis, quodcũq; maximè quadrat. Nullum enim eſt placitum tam abſurdum, ꝙ alicui problemati non reſpõdeat facilius, quam alia omnia placita. Verum quia Ariſtot. vel inuexit inter reſpondendum alienum placitum, vel obſcurè omnino locutus eſt, illius enarratores aliò cauſam lentoris reiecerunt, dicentes, eſſe propter maximam permixtionem humidi cum ſicco, eamq; factã calore, forti permotione miſcente, vt in oleo, aut frigore cõprimente, vt in pituita. itaque gr̃a humidi dilatari, & gr̃a ſicci rurſum ſubſidere. Quæ ſententia mihi profecto videt̃ veriſsima.

Notatur Ariſt. ꝙ cofugiat ad aliena dogmata.

Nam

Nam eodem exemplo, quo [illegible] ipſa diſputatione vſus eſt Empedo[illegible]quodq; Ariſto. probauit, maſſæ, quæ [illegible]ione farinæ & aquæ fit, cōfirma[illegible] Nā maſſa, quo melius verſata eſt, [illegible]mixta aquæ, eò eſt lentior, contrà m[illegible] friabilitas, ſignificat malam aquæ & farinæ permixtionem. Iam verò in ſpeciebus pituitæ, quæ frigidor eſt cum equali craſsitudine, ea eſt lentior, quod indicat, ea, quæ vitrea appellatur, quia vitro fuſſo eſt ſimilis. Sed eſt quòd aliquis obiiciat nobis oleum, quod non videtur hac ratione poſſe eſſe lentum. nam neq; magno frigore eſt, quod conſtringat, neque magno calore, qui multū miſceat. Illud in præſentia sciri velim, quod lib. 9. Contro. cap. 5. à me demonſtratum eſt, nullum eorum accidentium, quæ ſecundæ qualitates appellātur, poſſe eſſe temperamenti cuiuſpiam certi, euidens indicium. Itaq; neq; ſi quid eſt amarum, ſtatim eſſe calidum, neq; ſtatim frigidum, neq; ſi accidum, ſtatim frigidū, aut ſtatim calidum, neq; ſi lentum, ſtatim calidum aut ſtatim frigidum, neque certe ſtatim calidum aut frigidum, nam poſsit eſſe temperatum. atque vt ſemel dicam, ex nullo accidente horum, poſsis argumē

tum

tum ducere, quo certò concludas, rem eſſe huius aut illius temperamenti. Nō quidem quòd non naſcantur ſecundæ qualitates ex primis, & illarum quarūdam ſint quædam certæ cauſæ, & contrariarum cōtrariæ. ſed quòd res omnes quanquā ſenſui videantur ſimplices, ſint tamē omnes re vera diuerſis particulis, & quod particulæ etiam ipſæ, quanquam re vera non ſint multiformes, conſtent mixtione, nō duorum tantùm elementorum, ſed quatuor, & elementorum pleraq; poſſeant duabus qualitatibus, vt poſsit natura varios modos mixtionū inuenire, quod aliquod accidens, quod idem vtrobiq; ſit, conſequatur. Ita in propoſito exemplo, lentor quidem vbiq; fit humido cum ſicco multū permixto, & permiſceri hæc ſolent cū multo frigore partes cōſtringūtur, aut calor magnus multùm mouēs, multū etiam miſcet. tamen in olei generatione frigus non erit magnum, neq; calor erat vehemens (indicatum enim antea eſt oleum eſſe temperatum) ſed erat calor modicus, is videlicet, qui res aqueas non poſſet efficere lentas, oleum tamen efficit, quia illius humidum eſt aëreum, & aëreum à minori calore agitat plus, vt pote mobilius,

& minori motu miſcetur plùs, vt pote tenuius. Erat itaque calor generans oleum, non manus, ſed qui propter commoditatem eius quod miſcebat, erat mouendo ac miſcendo ſatis. friabile eſt quod non eſt lentum.

SVbactilia autem ſunt quæcunque compreſſilia, compreſſionem habent ſtabilẽ: non ſubactilia verò, quæ vel omnino non ſunt cõpreſſilia, vel nõ habent firmam compreſſionẽ.

QVæ cùm compreſſa ſunt, cõpreſſionem retinent dicuntur πιλητὰ id eſt ſubactilia. Non ſubactilia ſunt, quę vel omnino non poſſunt comprimi, vel non retinẽt cõpreſſionem. cauſa, qua quędã cõpreſſa ſtatim ac dimittũtur redeunt ad ſuã figurã, eſt infirmitudine & duritie quarũdã partiũ, ꝙ ex ſiccitate naſcit᷑. Perinde enim quædã cũ cõpreſſa ſunt extẽdũtur, atq; alia cũ reflexa ſunt dirigunt᷑. virgę vero quę flecti poſſunt, ac dimiſſæ ad rectitudinem redire, quo firmiores & duriores ſunt, eo citius redeunt.

Ac quæ-

AC quędã vſtioni apta ſunt, quędam inepta. Vt lignum quidem vſtioni aptum, & lana & os, lapis autem & glacies nõ apta: ſunt autem apta vſtioni quæcunq; habent poros capaces ignis, & humorem in poris, ſecundum rectitudinem, infirmioré igne. quęcũq; autem vel non habent, vel fortiorem, vt glacies, & valde viridia, nõ poſſunt vri.

VStio rei alicujus fit, humidis partibus ab igne victis. oportet verò ignem, quò rem quampiam vrat, per illius poros penetrare, & humorem in illis vincere. Ergo duplici de cauſa fieri poteſt, vt res aliqua non vratur, & ſi in igné iniecta ſit, vel quod poros non habeat, vel ꝙ habeat in eis humorem, qui non poſsit ab igne ſuperari, contra illa ſunt vſtioni apta, quæ habent in poris, iis potiſsimum

qui cum igne habet rectitudinem, humorem qui facile ab igne ſuperetur. ſuperatur difficile humor aqueus, facile aëreus. Itaq; quò aliquid habet plus aquei humoris, eò difficilius inflammatur, & quò huius minus, & aërei plus, dum modo nō ſit ſiccum, eo facilius. Sed hæc ex iis quæ dicentur euadent clariora.

SVffitui apta corpora ſunt, q̃cunq; humorem quidem habent, ita autem habent, vt non euaporet igneſcẽtibus ſeorſum eſt enim euaporatio, excretio ab igne vrente in aërem & ſpiritum ex humido madefaciente. Sed ſuffitui apta tempore in aërem excernuntur, & aliqua quidem euaneſcentia, ſicca, aliqua autem, terra fiunt. Differt autẽ ipſa excretio, quod neque madefacit neq; ſpiritus fit, eſt autẽ

ſpiri=

ſpiritus, fluxus continuus aëris in longum. ſuffitus autem eſt à calido vrente cōmunis excretio ſicci & humidi abundantis. Qua de cauſa non madefacit, ſed magis intingit, ſiue colore afficit. Eſt vero lignei corporis ſuffitus fumus. Appello autem eodem modo oſſa & pilos & omne tale. Nō enim cōmune cōſtitutū nomē, ſed ſecundū analogiam ſimiliter in hoc omnia ſunt, vt Empedocles dixit.

Hec, pili & folia & volatilium craſſe plume.
Et ſquammæ, fiunt ſuper valida membra.

Pinguis aūt ſuffitus λιγνὺς .i. fuligo, vntuoſi aūt κνῖσα ideſt nidor.

QVādoquidē ꝗ vſtioni aptis erat inceptus ſermo: eratq; dicēdū, quorupliciа ea ſint (ſunt eñ multiplicia) qꝛ, niſi prius diceretur quę eſſent apta ad ſuf-

ſitum, & quæ exhalationem emittentia, & quæ euaporabilia, dici nō poterat, hæc interpoſuit, ad vſtioni apta ſtatim reuerſurus. Ea ſunt ſuffitui apta, quæ non modo cum ad ignem ponuntur, ſoluuntur in vapores, ſed etiam ſine igne, emittunt ex ſeipſis ſuffitum, & exhalationem. quo fit vt tempore euaneſcant, aut areſcant, aut etiam terrea fiant, vt ſolent poma odora. Euaporabilia ſunt quæ per ſe non expirāt, tamen ad ignem ſoluuntur in vapores, vt aqua. Atque hoc eſt quod ſignificant illa verba. Ita autem habent, vt non euaporēt igneſcentibus ſeorſum. Ideſt, vt non ſolū euaporent cū igneſcunt. Immo vero quæ dicuntur ſuffitui apta, cum non igneſcūt expirant per ſe exhalationem quandam, ſed cum vruntur emittunt abundantius excretionem communem ſicci & humidi. Idq; eſt proprie ſuffitus. Vapor verò à rebus quæ per ſe nihil expirant igni eleuatur. Hic eſt aqueus, non vt exhalatio communis ſicci & humidi. inde fit, vt vapor madefaciat, & in flatum vertatur, qui aërē impellens, fluxum illius faciat, qui ventus appellatur: exhalatio verò nō madefacit. nā eſt ſicci, aut cōmunis ſicci & humidi, ſed intingit, caloremque tribuit. defert enim

Quid vapor & qd exhalatio ſit.

enim ſicci quod eſt in corpore particulas, neq; venti eſt materia, tenuior enim eſt exhalatio, quam vt aërem in longum pel lat. Ita fieri videmus in lignis. hæc enim vapore ad externa pulſo madefiunt, fumo dinigrantur. fumus enim eſt exhalatio ligni, vt & oſsium, & pilorũ, & rerũ omniũ huiuſmodi. Nam cum iis quæ exhalãt ex rebus ſuffitui aptis, non ſit vnicũ nomen, ſed in aliis rebus ſit fumus, vt diximus, in aliis ſit fuligo, in aliis nidor quidam, tamen analogia quadam omnia poſſunt vno nomine ſuffitus appellari, vt Empedocles qui pilos hominum, folia arborũ, volatilium plumas, ſquamas piſcium, res tam longe diuerſas, quod ſimili cuidam vſui ſint, ſub vno rerum genere comprehendi fecit.

HAc de cauſa oleum non elixatur neq; craſſeſcit, quia ſuffitui aptum eſt, ſed non euaporabile. aqua autem non apta ſuffitui, ſed euaporabilis.

Vinum etiã quod dulce eſt ſuf-
fitum emittit. facit enim hoc vt
oleum. neque enim à frigido
concreſcit, & inflammatur. eſt
autem nomine vinum, re auté
minime. Nõ enim vinoſus ſuc
cus, quare neq; inebriat. quod
autem eſt vinum, inebriat. Ha-
bet verò modicum ſuffitũ, quo
& ignem concipit.

OLeum, inquit, non elixatur, neq; craſ
ſeſcit quia ſuffitui aptũ eſt. Sed quid
facit ſuffitui eſſe aptum, ne elixetur,
& craſſeſcat? Certe, quæ talia ſunt, inflam
mantur ad ignem, vt ſtatim dicemus, atq;
ita tenuia fiunt. Sed, qua ratione, ſupra eſt
dictum ſeptimo capite, oleum album &
craſſum fieri? Certe tempore, aut ad ſo=
lem, aut cineres, non tamen ad ignem,
ſaltem qui non ſit languidiſsimus. Er=
go, negat modo Ariſtote. non quidem
oleũ

oleum craſſeſcere quopiam pacto, ſed ad ignem, idq; quia eſt aptum ſuffitui, non euaporabile. Addit verò, aqua autem non apta ſuffitui, ſed euaporabilis. Quibus verbis videtur innuere contraria ineſſe aquæ atq; oleo, ſcilicet aquã poſſe elixari & craſſeſcere: quod tamen conſtat quàm falſum ſit. Verum non hoc docet Ariſt. Neq; enim ſi quod ſuffitui aptum eſt, non elixatur & craſſeſcit, ſtatim quod non eſt ſuffitui aptum craſſeſcit, ſed addidit, aqua autem non apta ſuffitui ſed euaporabilis, vt exemplo doceret, quæ res eſſent euaporabiles. Vinũ etiam quoddam eſſe dicit dulce, ſuffitui aptum, ſimile oleo, quod non craſſeſcat aut elixetur, quodq; inflãmari poſsit. Id tamen non inebriare dicit. Cauſa qua id vinum, ſi quod tale eſt, non inebriat in tenuitate expirationis quam emittit, eſt quę cito euaneſcat, neq; conturbet caput. verum haud ſcio quod vini genus ſit, niſi forte eſt quoddpiam arte paratum, aut is ſuccus quẽ ardentem vulgo vocant.

VSTIONI apta videntur eſſe, corpora, quæ in cineres diſſoluuntur. Patiuntur

autem hoc, quæcunq; à calido vel vtroq;, calido inquam & frigido concreta ſunt. Hæc enim vidētur deuicta ab igne, minime autem lapidū ſigilum, qui vocatur carbuncus. Eorum autem quæ ſunt vſtioni apta, quædam inflammabilia ſunt, quædam non inflāmabilia, horum autem quędam in carbones mutabilia. Inflammabilia ſunt quęcunq; flammam emittere poſſunt. quæcunq; vero non poſſunt, non inflammabilia. Sunt autem inflammabilia quę cum non ſint humida, ſuffitui apta ſunt. Pix autem vel oleum, vel cera, magis cum aliis, quam per ſe, ſunt inflāmabilia, præcipuè

aũt, quæcũq; fumũ emittũt. In carbones aũt vertũtur, quæ ĩter hæc plus terræ habẽt quã fumi.

NVnc redit ad vſtiõi apta, ac dicit, ea eſſe apta vri, quæ in cineres diſſolui poſſunt. nã hic eſt exitus eorũ quę vrunť, poſſunt vero id pati, ea quę cõcretã ſũt à calido, vel ab vtroq;, calido inquã & frigido. Nã hæc iã vinci cæperũt à calido. quę.n. à ſolo frigore cõcreta ſunt, nõ poſſunt vri. Nã hęc ptinẽt ad aquã. Carbũcus lapis nõ põt vri q̃a (arbitror) firmiſsimã habet mixtionẽ, ac proinde nõ diſſoluiť. Eorũ quæ vruntur, quędã emittunt flãmam, quædã non emittunt, ac quædã mutantur in carbones, quædã minus. Flãmam emittentia ſunt quæ non ſunt humida, & ſunt ſuffitui apta (cauſa eſt, vt ſtatim dicemus, quia hæc emittunt fumũ) proinde oleum pix & cera magis emittunt flãmam infuſa in aliud, vt in ligna, quã per ſe, quia per ſe nõ habẽt ſatisſicci, cũ aliis ergo ardent, maxime ſi ea fumum emittunt. Ea vero vertuntur in carbones, quæ terræ habẽt plus quàm fumi; ſcilicet, ſicci craſsi plus quàm ſicci tenuis, & humidi.

Adhuc

ADHVC autem nonnulla liquabilia cum ſint, non ſunt inflammabilia, vt æs: nonnulla inflammabilia non liquabilia, vt lignum: nonnulla verò vtrumq;, vt thus, cauſa autem, quòd ligna confertim habent humidum, & per totum continuatum, vt comburatur: æs autem per quaſcunq; partes, non continuatum tamen, & minus quàm vt flammam faciat: thus vero partim hoc, partim illo modo habet.

EOrum quę ab igne patiuntur, quædã liquantur, & non inflammãtur, vt æs ac reliqua metalla, quędam inflammãtur & non liquantur, vt ligna, quædam vtrunq; patiuntur, inflammantur inquam & eliquantur, vt thus. ſed cauſas reddidit Ariſt. admodum obſcuras, haud ſcio

an ſatis probabiles. Ligna, inquit, conſertim habent humidum & per totum. Sed rogo, quod humidum? Nam æs magis pertinet ad aquam, quàm ligna? Intelligit ergo humidum aëreum. Sed quid facit, humidum aëreum eſſe per totum continuatum, aut non continuatum, ſi eſt per quaſcunque partes? Nam videtur ſi humidum illud eſt continuatum fore flammam continuatam, ſin minus flāmulas deiunctas, non tamen videtur proinde fore, vt non inflammetur. Præterea quā ratione æs inflammaretur, quamuis haberet ſatis multum humidi aërei, idq; cōtinuatum, cum liquetur? Et qua ratione thus poteſt liquari & inflammari, ſi vera ſunt quæ prius diximus? Nam ſi liquatur ab igne, à ſolo frigore concretum eſt, ſi vritur, aut à calido concretum eſt, aut ab vtroq;, calido inquam & frigido. ergo repugnat dictis, aliquid liquari ſimul & inflammari, non minus quàm à ſolo frigore concretum eſſe, ſimulq; à calido ſolo, aut cum frigido. certe niſi thus haberet varias partes, quarum hæ vrerentur & arderent, illę liquarentur non poſſet ambo pati. Hinc ergo rationes prodeunt multo clariores ac probabiliores, eorum quæ inueniuntur experimē

io, & Ariſt. affirmat. Nimirum æs ab igne liquatur, non inflãmatur, quia ad aquam pertinet. lignũ inflãmatur, quia ad vtrunque pertinet, aquam dico & terram, & fumum emittit, thus partibus variis varias ſubit paſsiones.

INflãmabilia ſunt ſuffitui apta, quæ non ſunt liquabilia, quia ſunt magis terræ. ſiccum enim habẽt commune cum igne. Hoc ergo ſi calidũ fiat quod ſiccum eſt, ignis fit. Quare flãma ſpiritus aut fumus vſtus eſt lignorũ itaq; exhalatio fumus eſt. Ceræ autem & thuris & picis & aliorum huiuſmodi, vel quæ habent picem, vel talia λιγνύς (quidam vertunt grauc olentia, quidam fuligo) olei autẽ ac eorum quæ oleoſa ſunt κνίσα id eſt nidor, & eorum quę mini

me

me vruntur ſola quod parum habent ſicci. tranſitus enim eſt per hoc cum alio autem celerrime. hoc enim eſt pingue. mutatiô autem in ignem per ſiccitatem (ſiccus enim eſt ignis) ſiccũ pingue. ergo humidorum ſuffitui apta, humidi magis ſunt quæ vruntur, ſicci.

FLamma eſt fumus ardens, fumus vero, vt antea dictum eſt, expiratio ſicci & humidi ſimul. nam neq; valde humida fumum emittunt, neq; quæ valde iam exſiccata ſunt, ſed quæ humidum ſimul habent & ſiccum, vt ligna viridia. hinc fit vt valde humida, per ſe neq; fumum emittãt neq; flãmam, ſed infuſa in rẽ ſiccam augeãt aut fumũ aut flãmam. fumũ quidẽ ſolum, ſi humidum eſt aqueum. id enim non eſt paratum ardere, flãmam, ſi aëreum. Proinde ligna in aquam merſa, multũ fumi mittunt, in oleũ immerſa, aut pice illita, multũ flãmę, fumi. ſ. ardentis. Ergo nõ immerito

to oleum neque bene ardet neque vritur per ſe, infuſum in rem ſiccam, promptiſsime. Nimirũ aërei omnes ſucci vnica cauſa ſolùm vrantur difficile, quòd valde humida ſint, & parum ſicci habeant. ergo acceſſu rei alterius comparantes ſiccitatem facile habebunt in ignem mutationẽ. hoc eſt, quod Ariſt. dicit, trãſitus enim eſt per hoc id eſt tranſitus ad flãmam per pingue humidum. cum alio autem ideſt ſimul cũ re aliqua ſicca celerrime fiet tranſitus ſiue mutatio in ignem. Ergo humida & ſuffitui apta, vt oleum, ad humidum magis referuntur quàm ad ſiccum, quæ vruntur facile; ad ſiccum magis. nam ignis ſiccus eſt. Ergo illa per ſiccum, aut adiuncta ſiccis promptius vrentur.

Cap. decimum.

HIS paſsionibus, & his differentiis, ſimplicia corpora, vt dictum eſt differunt mutuò, ſecundum tactum, atq; adhuc odoribus, ſaporibus,

poribus, & coloribus. Voco au tem ſimplicia, vt metalla, aurum, æs, argentum, plumbum, ferrum, lapis, & alia huiuſmodi, & quæcunq; ex his fiunt excretione, & in animantibus, & plantis, vt carnes, oſſa, neruus, cutis, viſcera, capilli, fibræ, venæ, ex quibus iam cōſtant multiformia vt facies, manus, pes, & alia huiuſmodi, & in plantis lignum, cortex, folium, radix, & quæcunq; huiuſmodi ſunt.

Recenſuit hucuſq; Ariſtoteles paſsiones, quibus ſimplicia differunt, modo aggredit᷑ docere, ex dictis paſsionibus temperamētum rerum ſimplicium inuenire. ac primum dicit, ſimplices partes differentias accipere ex dictis paſsionibus, & ex odoribus, ſaporibus, & coloribus. Quo loco nituntur ſui enarratores

Ariſtotelem expurgare, quòd cum alias omnes paſsiones & patibiles qualitates qualitates dixiſſet, ſonorum nullam fecit mentionem. dicunt id merito illum feciſſe, eo quòd odores, ſapores & colores, ex primis qualitatibus, calore inquam frigore humore & ſiccitate, procedant, ſoni vero non ex illis. Verum ego in hac expurgatione non acquieſco, nec dubito. potuiſſe Ariſtotelem hoc loco ſonorum nõ importune mentionem facere. Nam vt rerum aliæ ſunt odorem emittentes aliç non emittentes. Rurſus harum aliæ bene olentes, aliæ male ita ſunt quçdam omnino non ſonantes, & ſi pulſentur, vt lana & ſpongia, quædã ſonãtes, atq; harũ, quçdã acutũ quçdã graue ſonantes. Cauſam, qua res aliqua ſonans eſt, in ſoliditate leuitate & concauo, eſſe dicit Ariſtoteles ſecundo de anima, ſoliditatem vero conſtat ex duritie eſſe, ac duritiem concretionem ſequi, à frigido aut calido. itaque non minus eſt hæc paſsio ſimplicium partium quam aliæ dictæ, neque minus ex elementorum miſtione naſcuntur. Accedit, quod non minus eſt neceſſaria, vt ſonus edatur, bona quçdam attemperatio humidi & ſicci, quàm leuitas

&

& ſoliditas, ac cauum, neq; minus mutat humidum aut ſiccum modum ſoni, acuti inquam aut grauis. quàm ſoliditas aut cõtrarium. Nã tibię neq; madefactę neq; aridæ bene ſonãt, ſed vtroq; modo raucum quiddã & tunc optimè, cũ modico ſunt aſperſę humore. Ergo cũ experiamur hęc, tales etiã eſſe rerũ quæ naturaliter idoneę ſunt ad edendũ ſonũ, aut non ſunt, naturas putandũ eſt. Verũ potuit id Ariſt. modo tacere, quippe quod capite octauo dixerat. illic enim ita ſcripſit in hanc ipſam ſententiam: hęc oĩa differũt proprietatib⁹ quas habẽt ad ſenſus, vt albũ, boni odoris ſonorũ, dulce, & calidũ. vide ergo quã ignauè Auguſt. Niphus Ariſt. verba enarrauerit, qui cap. 10. falſa quædã autori imponit, eorũ quę cap. 8. dicta ſint oblitus. certe potuiſſet Ariſtotelis quãdoquidem de paſsionibus quæ temperamenta conſequuntur diſputat, multo melius, tacere colores. nam hi non tam conſequuntur, miſtionem elementorum, quàm miſtionem ignis cæleſtis cum elementis, vt alio loco docuimus. Verum non eſt Ariſt. huius ſententię. proinde merito de colorib⁹ diſputat. Sed roges rurſum, cur vndecim illas paſsiones ad tactum pertinere dicit,

Notatur niphus.

V ii cum

cum plereq; illarum non ſint tactus propriæ, ſed multorũ ſenſuum cõmunes. certo facta paſsionũ omniũ, per ſenſus quos afficiũt, diſtributiõe, merito aliis ſenſibus tribuuntur qualitates illis propriæ, cuiq; ſuę, tactui vero non proprię ſolum, ſed et cõmunes omnes. quia illę om̃es ex tactui propriis, primis inquam qualitatibus, proficiſcuntur. Exponit Ariſtoteles quas partes vocet ſimplices, & quas multiformes, ſine diffinitione per exempla. Sunt vero ſimplices, quæ non cõſtant ex diuerſis ſpecie partibus, vt contra, quæ diuerſis conſtant, ſunt multiformes. Verum & exemplis ipſis conſtat, id examen, an ſimplex ſit, an compoſita pars, ſenſus eſſe. idq; ſimplex haberi. quod multiforme eſſe nõ ſentimus, quanquam diuerſas habere partes, ratione quapiam poſsit intelligi. nam tota metalla inter ſimplicia reffert, & id etiã quod excretione ab illis ſeparatur. Vt nimirum, lithargirum, ac æruginem, quæ tamen, cõſtat antea etiã quã ſepararẽtur, in illis contineri. Ita etiam, lac, vinum, lixiuium, & mel, inter ſimplicia referuntur, ac denique omnia inanima, quanquam illa omnia ex diuerſis ſubſtantia partibus, natura compoſita ſint. Ita etiam vtuntur

medici

Medici hac appellatione, & ſi nonnunquam ad exactam magis deducant diſputationem, vt capite primo libro ſecundo Controuerſiarum indicauimus. Animantium omnium, dicit ipſe Ariſtoteles libro ſecundo de partibus animalium capite primo eſſe triplicem compoſitionem primam ex elementis primis, calido, frigido, humido & ſicco, hancque eſſe partium ſimplicium, ſecundam, ex partibus ſimplicibus, vt carne oſſe & neruo, eſſeque hanc partium multiformium: tertiam, ex his multiformibus, vt capite, thorace, ventre, brachiis, & cruribus, hanc eſſe totius animantis. Primæ illi compoſitioni ſuccedit temperamentum, ac cum eo dictæ omnes paſsiones, quæ proinde partium ſimplicium ſunt per ſe, ſecundæ ſuccedunt omnia ad ſtructuram ſpectantia, numerus ſcilicet magnitudo, figura & poſitus, quæ proinde ſunt membrorum, tertiæ ſuccedit bona habitudo, quæ eſt totius animantis. Hunc ipſum ordinem ſequitur hoc libello Ariſtoteles.

CVm autem hæc ab alia cauſa conſiſtant, ex quibus verò hæc vt materia cõſtant, ſunt ſiccum & humidum (quare aqua & terra, hæc enim apertiſsimam habent vim alterum alterius) efficientia autem calidum & frigidum, hæc enim conſtituunt & cogunt ex his. hæc accipiamus, ſimplicium partium quales terræ ſpecies, & quales aquæ, & quales communes.

EX dictis ſupra, accipit modo, aquam & terram eſſe materiam ſimplicium partium, calidum & frigidum cauſas efficientes illarum compactionis, ac denuò reſumit, quæ res pertineãt ad aquam, quæ ad terram, quæ ad vtrũq;, terram in quam & aquam. quę non aliorſum ſpectant, quàm vt ita rerum temperamenta inueniãtur, quod exacte fieri nõ poſſe, vt ſcilicet

cet ex aliquibus accidentibus eorũ quæ ſecunda dicũtur, inueniatur temperamentum, iam dixi, & ipſe ſermo procedens indicabit.

SVNT autem corpora natura conſtantium, quædam humida, quędam mollia, quędam dura inter hæc, de iis, quæ dura aut mollia concretione ſunt, dictum eſt prius. Humidorum ergo, quæcunq; euaporãt aquæ ſunt. Quæ autem non, vel terræ, vel communia terræ & aquæ vt lac, vel terræ & aëris vt lignũ, vel aquæ & aëris vt oleũ.

INcipit Ariſt. breuibus docere methodum cognoſcendi ex dictis paſsionibus, quę pertineant ad aquam aut terram aut ad illorum elementorum duo. Exorditur ab hac diuiſione. res omnes aut ſunt humidæ, id eſt fluxæ ac liquidæ, vt aqua, vinum, lac, & oleum: aut duræ,

aut molles. De duris & mollibus dictum eſt prius: Nam concretione conſtant, & vt ſupra abunde dictum eſt, ex ſola cauſa à qua liquantur, aut non liquantur, conſiderantes an à calore, an à frigore, liquentur, an à neutro, poſſumus aperte cognoſcere, ad quod elementorum, aut ad quæ elementa referantur. Modo ergo humida exigunt diſputationem. Eſt ergo hæc prima aſſertio, humidorum quæcunque euaporant ſunt aquæ ſolius, vt aqua & ſerum. Quæ non euaporant, terræ, aut communia multorum. euaporare ea dicuntur quæ ab igne in vapores omnino ſoluuntur, vt aqua & ſerum. Hæc ergo aquæ. Nam lac, aut mel, aut talia quædam, non ſoluuntur in vapores ad ignem poſita, ſed craſſeſcunt. Illa ergo ſunt aquæ ſolius, hæc non ſolius. Verum hærebis fortaſſe in his verbis quæ ſequuntur, videbiturq; tibi Ariſtoteles male obſeruare cõſequentiam dicendorum. Nam cum videatur proferre aſſertionem de ſolis humidis, atque ita dicat. τῶν μὲν οὖν ὑγρῶν ὅσα μὲν ἐξατμίζεται, ὕδατος· ὅσα δὲ μή, ἢ γῆς, ἢ κοινὰ id eſt, humidorum autem, quæ euaporãt, ſunt aquæ, quæ nõ vel terræ, vel cõmunia,

Quæ

Quæ verba haud obſcure indicant, aſſertionem hanc, eſſe de ſolis humidis, tamẽ dicit quædã eſſe terræ ſolius quod, nõ video, qua ratione poſsit quadrare humidis, deinde addit exempla, dicens, communia terræ & aquæ, vt lac, vel terræ & aëris, vt lignum, vel aquę & aëris, vt oleũ. An lignum referri poteſt inter humida? Non ſane. Videri ergo poſsit Ariſto. proferre non conſentanea. Verum nõ facit, ſed intelligendum eſt, ea quæ ſupra de cõcretione & liquatione dicta ſunt, ad res concretas, molles aut duras pertinere potiſsimum, non ita ad res humidas. modo verò Ariſtotelem inſtituere cõmunes regulas agnoſcendi naturam & temperamentum, eas inquam quæ ad concreta & ad humida equaliter ptineãt. talis eſt præſens aſſertio. Illa enim, quã ſupra ſcripſit de liquatione, ac concretione, non equaliter ad vtraq; horum pertinebat, ſed præcipue ad res non fluxas. Quid quod exempla fere omnia rerum humidarum proponebantur, aquam enim frigore gelaſcere igne reſolui, mel igne craſſeſcere dicebamus. Eſt ita, verùm hæc aliorſum tendebant, vt ſcilicet, ex his concretionibus & liquationibus humidorum quas expe-

rimur, veluti manu ad notitiam concretionis naturalis rerum ſolidarum deduceremur. modo itaq; ingreditur Ariſtoteles regulam vtriſq;, fluxis & ſolidis communem. Hæc eſt, quæ euaporant aquæ ſolius ſunt, quæ non, terræ, aut communia. ſed quia quanquam cõmunium rerum quædam ſunt humidæ, vt oleũ & lac, quædã ſolidæ, vt lignum, tamen ea quæ euaporant eo modo quo explicuimus, ſemper ſunt ſolius aquæ, ſcripſit in principio, humidorũ, quæcunq; euaporant aquæ ſunt, quæ non, terræ, aut communia. Non quidem vt verbum illud, humidorum, vt genus diuiſionis acciperetur, & vtraque mẽbra contineret, ſed vt vno verbo doceret, omnia quæ euaporant eſſe ſolius aquę, atque ea quidem omnia eſſe humida. vſque adeo breuitas Ariſtotelea frequenter parit multam obſcuritatem, quodq; ipſe duabus voculis poſſet aperte dicere, nos cogit longiſsimis commentariis explicare. Curauit, arbitror, Ariſtoteles, vt ſuis operibus vacare optimis quibuſq; ingeniis eſſet ſatis, ita ſuæ autoritati, melius quam ſtudioſorũ profectui cõſulẽs. Verũ enim vero nõ poſſet nõ euaſiſſe iã multorũ diligẽtia apertiſsimus, ſi qui philoſophiæ incum-

Qui incũbũt philoſophiæ cõſulunt Ariſtotelẽ per ſacerdotes.

cumbunt, ad ipſum Ariſtotelem accederent, interim conſulentes optimos enarratores, ac non potius Atiſtolis cõſpectũ reformidantes, ad alios conuerterẽtur, vt qui Apollinẽ per ſacerdotes conſulebãt. Sed hæc eſt inertia eorũ qui philoſophiã hoc tempore profitentur.

ET quæcunq; à calido craſſa fiunt communia ſunt.

QVantum interſit, rem aliquam craſſeſcere aut cõcreſcere dictum ſupra eſt, vtq; res quædam concreſcãt, minime craſſeſcentes, atq; aliç craſſeſcant minime concreſcentes. Dictum non minus eſt (quod modo repetit) quæ à calido craſſa fiunt, communia eſſe cap. 7. eſtque à nobis ibi enarratum.

POſsit autem aliquis dubitare, inter humida, de vino. hoc enim & euaporare poteſt, & craſſeſcit, vt quod nouum eſt. Cauſa autem eſt, quòd neque vnicæ ſpeciei dicitur vinum, ſed aliud aliter. Nouum enim,

magis

enim magis terræ quam vetus. quare & craſſeſcit calido præcipue, & coagulatur minus à frigido. Habet enim & multũ calidum & terræ, quemadmodum in archadia ita exiccatur in vtribus à fumo, vt abrraſum bibatur. ſi autem quoduis fæcem habet, ita alterius eſt, vel terræ vel aquæ, vt huius habet multitudinem.

VIdetur inquit vinum ex dictis habere dubitationem inter humida. Nã vinũ euaporat, quare videtur aqueũ, & craſſeſcit quod nouum eſt à calido, videtur ergo commune eſſe, non aquæ proprium. verum dubitationem diſſoluit, quòd vini nõ eſt genus vnicum, ſed aliud eſt nouum nondum concoctum perfectè, quod muſtum vocatur, aliud eſt perfectum. rurſus inter vina vetera, quædam ſunt tenuia & exſiccata, quædã valde craſſa cuiuſ-

cuiuſmodi archadicum, cuius mentionē fecit ſupra Ariſto. aut eſt (quodcunq; id uinum ſit,) multum habens fęcis, aut pa= rum. Muſtū aperte craſſeſcit, proinde ad terram & aquam pertinet, vinum etiam archadicum craſſeſcit, & quodcunq; vi= num, quò plus habet fęcis, eò magis ad ter ram inclinat. Verum vinum tenue, perfe- ctum, & effęcatum, euaporat, & non craſ ſeſcit, quare ad ſolam aquam pertinet.

QVæcunq; autem à frigido craſſa fiūt, terræ ſunt, quę cunq; autem ab ambobus com munia multorum, vt oleum & mel, & vinum dulce.

QVæ à frigido craſſeſcunt, admiſtione partium terrearum id patiuntur. id ergo, craſſeſcere nimirum à frigi= do, terræ imputandum eſt. quæ ab vtroq; craſſeſcunt communia ſunt, vt oleum eſt aquæ & aëris & nōnihil terræ, mel terræ & aquę & nonnihil aëris, vinum quoddā, quod videlicet terreū eſt (id vero eſt dul= ce, nam tenue & bene concoctū eſt acre, plus aut minus, vt eſt calidum) ad terram & aquam pertinet.

CONCRETORVM autem, quæcũque quidem coagulãtur à frigido, aquę ſunt vt glacies, nix, grando, pruina, quæcunq; autem à calido, terræ, vt fictile caſeus nitrum & ſal. Quęcunq; autem ab ambobus (huiuſmodi autẽ ſunt, quæ cunque frigore. Hæc ſunt quæ cunque amborum priuatione calidi, & humidi exeunte ſimul calido. Nam ſal humidi ſolum priuatione concreſcit, & quæcunque ſyncera terra conſtant, glacies autem ſolius calidi) hæc amborum. quare & ab ambobus, & habent ambo.

Ariſto-

ARiſtoteles cap. 5. videtur docere, frigus non aliter denſare, quàm fugando calidum, quod ſecum etiam humidum diſsipet. modo verò alterius concretionis à frigido, mentionem facit, quã nos eo loco ſuppleuimus, nempe, ſolius caloris extinctione. hanc ego vocaui, concretionẽ à refrigeratione ſola & per ſeſe. Docet ergo modo Ariſto. quæ hoc modo, & quæ illo denſentur à frigore. Intelligetur verò longe clariùs tota hęc oratio, ſi id quod per parenteſim dicitur, ad finẽ orationis eximatur. vt hic ſit ſenſus, quæ coagulantur à frigido per ſe, ſola refrigeratione, ad aquam pertinẽt, vt glacies nix grando pruina. Quæ coagulantur à calido, terræ ſunt, vt fictile, caſeus, nitrũ, ſal. Quæ ab ambobus, amborũ ſunt, & ideo ab ambobus patiuntur, & ambo habent. verum multa etiam eorum, quæ à frigido denſantur, ſunt amborum. hęc ſunt quæ non à frigido per ſe vt illa, & ſolius calidi priuatiõe, ſed per deſiccationẽ etiã, & priuatione calidi & humidi. Itaq; hoc loco ſatis aperte docet iã Ariſt. Cũ ſupra dicebat, quę dẽſantur à frigido, ſolius aquę eſſe, intelligi debere, quæ denſantur à frigido per ſe. Cum dicebat, frigus denſare fugã-

fugando calidum ſimulq; diſsipato humido, intelligi debere, ita denſari à frigido, quæ ſunt communia terræ & aquæ. Verū ex dictis, breui elicit Ariſtoteles, eorum quæ concreſcunt, quędam priuatione ſolius calidi id pati, vt glaciem, quædam priuatione ſolius humidi, vt ſalem, quædam vtriuſq;, vt communia aquæ & terræ, quę patiuntur à frigido. Quæ defectu ſolius calidi denſantur, hæc dicit ad aquam tantum pertinere, quæ defectu amborum, ad ambo, quæ defectu ſolius humidi, ad terram ſolam. quare à ſolo calido, iuxta ſententiam Ariſto. poſsit res aliqua denſari, defectu humoris ſolius. Verum nos oſtēdimus, duo alios modos, quibus res poteſt ſicceſcere, ac proinde durior ac ſolidior fieri, à rebus tantum ſiccis, ſiue ſint medicamenta, ſiue res aliæ, quæcunq; alterātes: & adſtrictione. Adſtrictione, ſolùm illę res poſsint deſsicari, quę ſunt ad ambo pertinentes. nam habere debēt ſicca, quæ premantur, & humidum, quod exprimatur. Deſsicatione ſola fieri poſsint compactiora, tam quæ ad ambo, quàm quæ ad illorum alterum pertinent. Nam deſiccari alteratione ſimplici, vel elementa ipſa poſſunt. nam ſi duo fruſta, alterum ter-

ræ,

ræ,aquæ alterum, equalis frigoris, committas,aqua proculdubio ſiccefcet tãtum.

A QVIBVS igitur totum euaporauit,vt fictile, & ſuccimum(etenim ſuccimum, & quæcunque tanquam lachrimæ dicuntur, frigore ita ſunt, vt myrrha thus gummi. Atque adeo ſuccimum huius videtur generis,& congelatur. incluſa ergo animalia in ipſo vidẽtur. A fluuio autem calidum exiens vt excocto melle,cum in aquã iniicitur, euaporat humidum) hæc omnia terræ.

SVccinũ eſt ꝙ Græcis dicitur ἤλεκτρον eſt lachryma quæ defluit,dicente Plinio,ex arboribus quibuſdam pinei generis(Dioſcorides è populo nigra dicit) quæ naſcuntur prope Padum amnem, in quem decidens cõcreſcit frigore.hinc na-

ta eſt fabula poetis, ſorores Phaetontis il-lachrymantes conuerſas eſſe in populos nigras ad padum, atq; modo etiam eas illachrymari. Naſcitur ſuccinum ex ea arbore, vt myrrha & thus ex ſuis arboribus, & gũmi ex ceratis, & reſina ex pineis, ſcilicet exudans. Verùm liquidum id, fluxumque deſtilare, deinde dureſcere, argumento ſunt animalcula quædam vt formicæ & muſcæ, quæ ſolent intra ipſum ſuccinũ aperte conſpici. quod non aliter videtur poſſe accidere, quàm quòd animalcula in gutulis innatarent, atque in illis dureſcentibus interciperentur. Ergo inquit Ariſt. gutas has in amne dureſcere, non aliter quam mel excoctum in frigida aqua dureſcit, euaporante cum calido humido etiam. Certe, vt antea diximus, calidum à frigido fugatur, humidum educitur. Verum quanquam ſuccinum eſt lachrymæ genus, vt thus gummi myrra & reſina, non tamen concreſcit leuiter, vt illa, ſed fit duriſsimum, taleque vt quanquam cõcretum ſit frigore, tamen non liquetur calore. Quod, inquit Ariſtote. argumento eſt, totum humidum euaporaſſe (totum intellige, quod poſsit fluere) id ſolum relictum eſſe, quod poſsit partes

incon=

incontinuitate continere. Hinc etiam intelligit Ariſtote. ſuccinum non amplius manere, naturæ aqueæ aut communis, ſed terreæ, quanquam frigore concretum ſit. nam, inquit, ea quorum totum humidum euaporauit, ſiue calido concreuerint, vt fictile, ſiue frigido, vt ſuccinum, terræ eſſe, neque poſſe ratione quapiam liquari. Ex his quiuis iam facile intelliget, Ariſtotelem non docuiſſe ſupra (quanquam certe videbatur id docere) omnia quæ concreſcunt à frigido eſſe aquæ, neque eſſe quidem aquæ aut amborum (nam modo docet quædam eſſe terræ, quæ frigore concreſcant, vt ſuccinum, & quædam lapidum genera, & tophos, qui in ſpeluncis generantur) ſed ea quæ liquantur à calido concreuiſſe à frigido, atque ea quæ liquantur à calido & cõcreuere à frigido, eſſe aquæ. non tamẽ contra, quæ concreta ſunt frigore ſunt aquæ, aut liquantur à calido. nam ſuccino ineſt illud, & neutrum horum. ſed res, vt breui dicam, habet hoc modo.

Quæ concreſcunt à frigore, aut patiuntur à frigore per ſe, ſuntque aquæ, & ſoluuntur à calido, aut non per ſe, ſed frigore fugante calidum, ſimulque humi-

dum, atq; ea aut accipiunt fortem admodum permixtionem & duritiem, euaporatq; ab illis totum humidum, aut nõ totum. hæc pertinent ad ambo terram & aquam, & ſoluuntur, aut ſaltem emolliuntur à calido: illa ſolius terræ, & ſunt inſolubilia. Quæ denſantur à calido, ſi non amittunt totum humidum, ſunt terræ, & ſoluuntur à frigido: ſi amittunt totum, ſunt etiam terræ, ſed non ſunt ſolubilia. Quæ ab vtriſq; cõcreſcunt, ad ambo pertinent, & inſolubilia ſunt. Deniq;, quæ totum humidum emiſſere, quacunq; à cauſa id paſſa ſint, neq; liquabilia, neq; emollibilia ſunt.

ET hæc quidem illiquabilia, & inemollibilia, vt ſuccinũ vel lapides quidam, vt tophi in ſpeluncis. Etenim illi eodẽ modo generantur, quo hæc. Et nõ vt ab igne, ſed à frigido ſimul cum calido exeunte effertur humidum ab ipſo calido exeunte

ex illo, in cæteris vero ab igne qui extra eſt. Quorum autem non totum, terræ quidem magis ſunt, emollibilia autem, vt ferrum & cornu. Thus autem, & quæ huiuſmodi ſunt, nõ aliter ac ligna euaporant. Cũ igitur ſtatuendum ſit aliqua eliquabilia. quæ liquantur igne hæc ſunt ad aquam magis pertinentia. Nonnulla autem etiã communia, vt cera. Quæ autẽ ab aqua hæc ſunt terræ. quę autem à neutro, vel terræ vel amborum.

EA igitur à quibus totum humidum euaporabit, neq; liquari neq; emolliri poſſunt ratione quapiam. inter hęc quæ à frigido ſunt paſſa (huiuſmodi ſunt ſuccinum, & quidam lapides, vt tophi qui

in ſpeluncis gigni ſolent. Paſſa ſunt, quia calor fugiēs frigus, totū humidū diſsipauit. Itaque actio deſiccationis deuoluitur ad calidum internum. in cęteris verò, quę à calido concreſcunt, vt later & fictile, ab igne externo eſt concretio. Ea autem quorum non totum humidum euaporauit, ſed euaporauit multum, terræ magis ſunt & igne non liquabilia, ſed emollibilia, vt ferrum & cornu. Quanquam ferrum ineliquabile eſſe, vt quod difficilè liquetur, cornu, vt quod nullo modo, ſupra monuimus. Thus autem & myrrha & reſina, vt ligna, euaporant, & fumū emitunt, ſunt proinde communia aquæ & terræ. His dictis facit Ariſto. breuiſsimum epilogum, dicens. Cum itaque ſtatuendum ſit, aliqua eſſe eliquabilia, quæ liquantur igne ſunt ad aquam magis pertinentia. quo loco nomen ὑδατωδέστερα quanquā ſit cōparatiuum, propoſitiuo accipere debere, quaſi diceretur ὑδατώδεα idest aquea, ſiue ad aquam pertinentia, ſequentia verba declarant. nam addit. Nonnulla autem ſunt etiam communia vt cera. quaſi diceret, nōnulla illorū non ſunt aquea ſolùm, ſed cōmunia. Nā eſſe aquę magis, ac ſimul

com-

communia, nihil repugnabat. ſed dicit nõ nulla ſunt cõmunia, vt cera. Cerã eſſe dicit cõmunẽ terrę & aquæ. Sed continget hoc loco dubitare, qua ratiõe fiat, vt cera igne liqueſcat. Nam cum igne liqueſcat frigore ſit concreta, cum ergo terræ & aquę ſit communis, ſit, ex dictis paulo ſupra, concreta à frigore quia calor cum humore abſceſſerint, tamen videtur nihil, quod ita cõcretum ſit, poſſe igne liqueſcere. Nam illa concretio, per deſiccationem fiebat per ſe, à calore ignis. ergo calor externus, cum non poſsit non deſiccare, augebit eam cõcretionem. Certe de hac re ego dicam quod ſentio, quodque mihi videor aperte intelligere. Cum frigus poſsit res ad concretionem deducere duobus modis, per ſe, aut per deſiccationem, vt diximus: Poteſt nunc altero tantum modo, nunc vtroque operari. Quæ tantum aquea ſunt, primo modo ſolum concreſcunt, ea enim nihil deſiccata eſſe, ſolutio indicat. quæ ad terram & ad aquam pertinent, vtroque modo patiuntur à frigido, atque ita, quæ liquantur à calido, ſoluta tantùm ea concretione, quam frigus per ſe effecerat, id patiuntur. nam deſiccationem quo pacto tol-

Cera communis eſt terræ & aquæ.

let ignis? fiet ergo liquabilis ea res, quæ à frigore maiorem concretionem acceperat per ſe, quàm per ſiccitatem, huiuſmodi eſt cera. Quæ vero maiorem per deſiccationem, non liquantur. huiuſmodi eſt ſuccinum. Nam neq; hoc, puto, per ſolam deſiccationem, euollante calido, eſſe concretum. Nam quo pacto ſi totum humidum ita eſſet exolutum, non euolaſſet totum calidum? Aut quo pacto ſi euolaſſet totum calidum, tantum odorem emitteret? ſed certe accepit vtranque concretionem. Altera deſiccauit, vt non ſit ſubtile, altera igneas partes quæ cum modico humido relictæ ſunt, firmiter conſtrinxit, quæ odorem expirare faciunt. Verum hæc ex ſupradictis euadunt ſatis aperta. Neque minus apertũ eſt, quod addit Ariſtote. quæ liquantur ab aqua eſſe terræ, quæ à neutro, vel terræ vel amborum.

SI IGITVR OMNIA quidem, vel humida ſunt vel concreta, atque hæc omnia ſunt in dictis paſsionibus, & nihil eſt medium, omnia quidem

dẽ ſint dicta, quibus cognoſcamus quid terrę, quid aquæ, vel pluriũ cõmune ſit, & an ab igne ſit conſtitutum, vel frigido, vel amborum. Aurum ergo, & argentum, & æs, & ſtanum, & plumbum, & vitrum, & multi lapides nomine carentes, aquæ Omnia enim hæc, liquantur calido. adhuc quædam vina, & vrina, & acetum, & lixiuium, & ſerum, & ſanies, aquæ ſunt. Omnia enim concreſcunt frigido. Ferrum autem & cornu, & vnguis, & os, & neruus, & lignum, & pilli, & folia, & cortex, magis terræ. Adhuc ſuccinum, myrrha, thus, & omnia, quæ lachrimæ vocantur, & tophus, &

fructus, & legumina, & frumen tum. Hæc enim quædam plus, quædam minus, omnia autem ſunt terræ. Quędam enim ſunt emollibilia, quædã ſuffitui apta, & frigore genita. Adhuc nitrum & ſal, lapidũ genera, quæcũq; neq; frigore cõpacta ſunt, neq; liqueſcũt. Sanguis autem & ſemen, communia terræ & aquę & aëris. Sanguis quidẽ, qui fibras habet, magis terræ. Quare & frigore cõcreſcit, & humido ſoluitur. Sanguinis verò genera, quæ non habent fibras, aquæ. quare non concreſcit. Semen vero concreſcit frigore, exeunte humido cum calido.

Catalo-

CAtalogũ facit Ariſt. in fine huius capitis, rerum quę ad aquam, aut terrã, aut ambo, aut ad hæc cum aëre perti neant. vt multis exemplis productis res euadat clarior. Primum omniũ indicat, nihil omiſſum eſſe, quod ad præſentem doctrinam faciat. Nam omnes res ſimplices, ſunt fluxę aut compactæ, neq; poſsit eſſe inter hęc medium. dictum vero eſt de vtriſq; ſatis. nihil ergo eſt omiſſum. Suffitui apta & frigore genita ſunt, ſuccinum, myrrha, thus, & reſina & omnia quę lachrimę vocantur. De ſanguinis natura & concrętione dictum antea, perinde habere ſemẽ dicit modo. Verum interim nota, Ariſto. dicere, ſanguinem frigore concreſcere, & humido ſolui. cur non calido? an humidũ eſt contrarium frigido? non ſane, ſed Ariſtoteles modò innuit, quod ego ſupra dixi, eam concretionem, quæ fit à frigore non per ſe, ſed fugatis calido & humido, non calore ſolui, ſed humore. Ergo è ſanguine, quamprimum extra vaſa incidit, expirant calidum & humidum. proinde, quanquam occurſu frigoris denſatus ſit, neque calore neque frigore ſoluitur, ſed ſi quo pacto, in humido.

Cap.

Cap. XI.

QVALIA inter concreta aut humida ſint calida aut frigida ex dictis oportet perſequi. Quæcunque igitur aquæ, magna ex parte frigida ſunt cum alienum calorem non habeāt, vt lixiuium, lotium, vinum: quæ autem terræ, magna ex parte ſunt calida, quia à calido formantur vt calx, & cinis. Oportet autem accipere, materiam frig⁹ quoddam eſſe. Cum enim ſiccum & humidum materia ſint (nam hæc ſint quæ patiuntur) horum autem corpora maxime ſint terra & aqua, hæc autem frigore

diffiniuntur, manifeſtum eſt corpora omnia, quæcunq; alterutrius ſimpliciter elemẽti ſunt frigida magis eſſe, niſi habeant alienum calorem, vt feruens aqua, vel per cineres percollata, hæc etenim habet calorem ex cinere. In omnibus enim rebus vſtis calor eſt maior aut minor. qua cauſa, & in iis quæ putreſcunt, animalia generantur. eſt enim in illis calor, qui corrumpit cuiuſque rei calorem proprium.

NVlla certe ratione poſsim, orationem hanc multa difficultate plenam enarrare, niſi mihi hoc loco permittatur, tantilum, de temperamentis rerum, ſermone diuagari. Neque vero id ſit commentariorũ rationem excedere. nam quę dicam, erunt omnino ad loci huius enarrationem

rationem neceſſaria, adeo, vt ad eam enar rationem, non ad tractationem de temperamentis, comparata eſſe, quiuis intelligat. corpora omnia concreta, conſtant calido frigido humido & ſicco, his nominibus aquam, aërem, terram & ignem intelligo. Nam hæc quatuor corpora calorem, frigus humorem & ſiccitatem habent primo, ac per hæc reliqua omnia. Verum præſtat dicere, concreta corpora conſtare calido, frigido, humido, & ſicco, quàm aëre aqua terra & igne, quia ſubſtantias has ſimplices in corporibus concretis contineri, non tam conuenit inter omnes philoſophos, quàm ex ipſis in mixtionem deductis, calidum & humidum frigidum & ſiccum ſupereſſe in concretis. Verum, calidum, frigidum, humidum & ſiccum, conſtat, non omnibus corporibus equaliter ineſſe, ſed vt elementa conuenerint in generationem. Nullum ergo corpus concretum caret illorum aliquo, calido, dico, frigido, humido aut ſicco. Nam nullum non generatur ex omnibus elementis. verum non poteſt illorum aliquod appellationem accipere ab illis omnibus. Nihil enim calidum

dum ſit & frigidum. nam contrariorum alterum neceſſe eſt per priuationem dici. Tribuit verò appellationem rei, quod alteri præualet. ſi neutrum præualet alteri, neutrum tribuit. ita fit res omnis calida aut frigida, humida aut ſicca, aut duo horum habens atque ea natura, qua talis eſt, ea eſt temperamentum. Non ergo cum Ariſtoteles dicit, terram & aquam materiam eſſe, & patientia elementa, intelligas oportet, res concretas eſſe ex aqua & terra confuſis, hac aut illa proportione: aërem vero & ignem concurrere ad ortus rerum vt opifices ac motores, ac in rem ipſam minimè inſumi, neque corporibus ſubſtantiæ acceſsionem facere. Nam ad aërem etiam dixit antea multa pertinere, non ſolum, ſed cum aliorum aliquo. Neque vero tria terram, aërem & aquam corpus tribuere, ignem ſolum eſſe opificem, eſt verum. Nam ita ignis non magis eſſet rerum elementum, quam ſol. Itaque cum ſint ea quatuor elementa, omnia in generationem concretę rei inſumentur, ſed terra & aqua præſtant rebus corporaturam magis quam vires, aër & ignis vires magis, atque

cum

cum minori molle, ac minus conſiſtente. quanquam hoc ignis magis quam aëris, illud aëris magis quam ignis eſt. Conſtat ergo, nõ ideo res aliquas ad ſolam aquam aliquas ad ſolam terram relatas dici, quòd ſola aqua aut ſola terra conſtent, ac non etiam aliis omnibus elementis, ſed quod aquam magis ſua corporatura referant aut terram magis, aut neutrum magis inſigniter, ſed ambo. verum cum quocunque modo ſubſtantiæ poſsit eſſe quoduis temperamentum. nam multi liquores, ſunt calidi, & multæ res duræ ac craſſæ, frigidæ. Nam varij miſtionum modi ex elementis vt ſæpe iam diximus, faciunt vt nullum temperamentum alicui modo ſubſtantiæ proprium ſit. nam fingere rẽ ad aquã pertinentem & frigidam, facile eſt, aqua, ſcilicet, reliqua elementa longe ſuperante. ſi vis, ad aquam pertinentem, vt hic loquitur Ariſt. & calidam facere, finge, in mixtionem, multum aquæ & ignis & aëris, ac modicum terræ concurriſſe, conſtat futurum, vt res corporaturã accipiat ab aqua, vires ab igne. Verũ eſt, eſſe quoſdam modos ſubſtantiæ qui cum quibuſdam temperamentis ſæpe, cum contrariis raro conueniant. itaq; ſint quędam temperamenta,

Nullũ tẽperamẽtũ alicui modo ſubſtãtię proprium eſſe pbatur.

ta quibuſdam ſubſtantiæ modis, non pro pria, ſed familiaria. Itaq;, poſsit quiſpiam ſibi methodum cognoſcendi ex ſubſtantia temperamentum comparare: non quæ perpetuo id preſtet, ſed quæ raro fallatur. Hanc docet Ariſtoteles modo. hac de cauſa ſingulis ſignis addens, magna ex parte. ſcit ſi quidem, aſſertiones has nō eſſe perpetuo veras. Dicit ergo primum, quæ ad aquam pertinent frigida ſunt magna ex parte. non eſſe ea frigida perpetuo, neque neceſſario, docui iam; ſed talia eſſe magna ex parte. non caret ratione. Nam aqua, quæ rei illi præſtat corporaturam, non præſtat calorem. frigida enim eſt, iam vero neque cauſa, quæ ipſam in concretione continet, efficiat calidam. nam talia frigore concreta ſunt. Verum addit Ariſtoteles niſi alienum accipiant calorem. vt lixiuium, lotium, & vinum. quæ tria, conſtat, apud illum eſſe exempla rerum pertinentium ad aquam, quæ frigida ſint per ſeſe, & alienum habent calorem. ſed non intelligo, qua de cauſa vinum frigidum dixerit. & certe nihil aliud ſuſpicor, quam id verbum, eſſe ſuppoſititium, non genuinū ipſius autoris. Nam calor poteſt eſſe alienus rei alicui, ꝙ ei aduenerit, aut admixtione

Vinū non eſt ſubiecto frigidū vt Ariſt. innuit.

ne ſubſtantiæ alicuius quę rei illi ſit aliena & extra propriam ſubſtãtiam, ita lixiuiũ eſt calidum, calore partium ignearũ, quas à cineribꝰ accepit, aut paſsione aliqua præter naturam rei contingenti. Hęc paſsio nonnunquam eſt ſecundum ſolas qualitates, vt aqua calida, calet calore alieno, aut ſecundum ſubſtantiam, vt res quæ putreſcunt comparant calorem alienum ſibi, & pręter ſuam naturam, à quo corrumpuntur. ita vrina, calore excrementorum, calida eſt. Cõtra, naturalis rei calor eſt, is qui ei ineſt, admixtione partium quarundam quæ ſuę ſubſtantiæ partes ſunt, ignis ſcilicet naturalis, aut ignearum partium, hoc eſt calidum innatum cuiuſque rei, aut eſt comparatus, vegetatuſúe alteratione naturali illi ſubſtantiæ, vt calor qui maturatione ſubſtantiæ perfectionem accepit. is enim maxime proprius & naturalis eſt calor. Qua ergo ratione verum ſit vinum alieno calore eſſe calidum. An non ſtatim probat Ariſt. ea quę ſunt cõmunia aquæ & terrę, calorem habere (proprium intelligit) quia plurima illorũ concretione perfecta ſunt? Cur ergo cum vinum concoctione fiat, atq; adeo concrectione maxime propria, maturatione enim, non ſit calore

lore proprio calidum? Certe niſi de quadam vini parte nomen dicatur non quadrat exemplum. verum illa pars eſt exemplum appoſitiſsimū. vinum quatuor conſtat partibus, flore, fæce, parte vinea, quæ proprie exacteq; vinum appellari poſsit. & alia quæ aquea eſt, aſsimilis ſero lactis. Neque certe harum omnium partium natura vna eſt, quanquam illarum miſtione vna quædam cōflctur, vt in tetrapharmaco, ex quatuor medicamentis. Fæx vero ad terram pertines, flos ad aquam & aërē vinea pars ad aquam & ignem, hæc enim eſt ſuffitui apta, & aliquantulum inflammabilis. Aquea vero pars, quam ſero reſpondere dixi, ad aquam pertinet ſimpliciter. Pars vinea cum totum vinum tranſit in acetum, langueſcit amittitque calorem naturalem, aquea, quæ natura frigida eſt, putreſcens comparat calorem alienum. de hac ergo verè dictum ſit, eam ad aquam pertinere ſimpliciter & frigidam eſſe, niſi calorem alienum accipiat putreſcens, vt cum ex vino acetum fit. Addidi vero orationi ad aquam ſimpliciter pertinet. quia cùm, vt antea dictum eſt, nulla res concreta alicuius elementi ſit,

vt ne minimum quidem aliorum habeat, ſed illa alicuius ſolum dicatur, quę illi⁹ habet multum, non tamen omnia, quæ alicuius elementi dicuntur, illius dicuntur eſſe ſimpliciter. Nam quo res aliqua dicatur aquæ, aut terrę, ſatis eſt, ſi tantum habeat illius elementi cuius dicitur, vt corporaturã ab eo videatur accipere. vt vinũ, quã quã varias habet partes, ad varia elementa pertinẽtes, tñ totũ aquæ eſt, niſi ſit vinũ at cadicum aut recẽs. verũ non eſt aquæ ſimpliciter, nam quę ſimpliciter ſunt alicuius elementi, adeo multum illius habent, vt alia elementa in eo, conſpicue ſaltem non ſint. ita pertinet pars aqua vini, & ea aqua qua vtimur, ad aquã. & terra quam incolimus, & cineres, ad terrã. quanquam alia etiã ſunt, quæ terrę tribuuntur ſoli, tamẽ non ſunt illius ſimpliciter, vt ſuccinũ, & alia huiuſmodi. Ergo quę ad aquam ſolam aut ad terram ſolam ſimpliciter pertinent frigida ſunt, niſi alienũ calorem habeant. Nam cum ambo illa elementa frigida ſint, quæ ad illorum alterum ſimpliciter pertinent, conſtat frigida futura per ſe, accipient enim à materia non corpus tantum, ſed & temperiem. Inquit ergo Ariſtoteles quæ verò terræ ſunt, magna ex parte

Quæ dicantur aquæ aut terræ eſſe ſimpliciter.

parte ſunt calida. Quæ aſſertio de omnibus quæ ad terram pertinent vtcunque, ſiue ſimpliciter ſiue non, eſt intelligenda, & de vtcunque calidis ſiue calore proprio ſiue alieno, modo is alienus calor permanentiam in re ipſa habeat. nam is calor qui accepta alteratione ſecundum qualitates præter naturam in re fit, is quidem non habet permanentiam in re cui præter naturam ineſt, vt calor in aqua quin potius res ea, per ſe ſola, deponit calorem. In iis vero quæ alteratione totius ſubſtantiæ, vt quæ putreſcunt, aut permixtione particularum alienæ ſubſtantiæ vt cineres, calida ſunt, permanentiam habet calor. Ergo de illo calore, qui ſine permanentia eſt, non eſt modo ſermo. Nam ille ſenſu ipſo cognoſcitur ſine aliis indiciis: ſed d̄ ea natura, qua res aliqua dicitur calida aut frigida. quanquam profectò id non omnino cognoſcat ſenſus. Itaque omnia fere quæ ad terram pertinent, vtcunque habent in ſe ipſis permanentem calorem. Nam calore concreta ſunt. neceſſe eſt ergo ipſas ignem concipere. Nam rem calore eſſe genitam, indicio eſt, multum ignis extra acceſsiſſe. Iſque ipſe qui extra acceſsit, ex idoneis partibus neceſſario

Qui calor habeat pmanentiã in rebus.

 ceſſario

ceſſario ignem, aut igneas partes effecit, vt ſit enim plus aut minus. At vero in rebus omnibus quæ vruntur, generatur ἐμπύρευμα quaſi dicas, ignitio quædam, aut vis quædã ignis. Quo fit vt nullæ res acres, vſtione poſsit acrimoniam deponere, quãtumuis ex accidẽti frigidæ fiant ad terram redactę, ſed tandem lotione deponant, vt cineres in lixiuiũ. Tamen hæc lib. 9. controuer. docui. Itaq; res quæ terræ ſunt calorem habent, quia calore fiunt. Sed neq; hac ratione omnes, ſed fere omnes. Non enim res oẽs ad terram pertinentes diximus calore concreſce, ſed quamplurimas quaſdam vero etiam frigore, vt tofos ſuccinum, & quoſdam alios lapides. Cauſa qua in cadaueribus aliiſq; rebus putreſcẽtibus animalcula vilia generantur dicta eſt in calce primi capitis huius libelli, quare non opus eſt vt repetatur modo.

In omnibus rebus vſtis manet vis ignis.

QVæcunq; autem communia ſunt, habent calorem confecta enim ſunt plurima illorum à calido coquente (non nulla enim putredinis ſunt vt colli-

colliquamenta) quare cum retinent ſuam naturam calida ſunt, ſanguis, & ſemen, & medulla, & coagulum, & quæ huiuſmodi ſunt, corrupta autem, ac extra naturan acta, non amplius. relinquitur enim materia, quæ terra eſt aut aqua, qua de cauſa vtrunque eſſe videntur quibuſdam. Atque alij quidem frigida, alij vero calida eſſe dicunt, videntes cum in ſua natura ſunt calida, cum autem ſeparantur, concreſcere.

QVÆ ad ambo elementa ſimul, aquam inquam & terram, pertinent, calorem habere dicit, conſtat vero illum de quouis calore qui

in re ſit cum permanentia differere, ſiue ſit naturalis, ſiue prçter rei naturam. Nam addit, quia talium plurima, concoctione generantur, vt ſanguis, medulla, lac, & ſimilia: nonnulla etiam, putredine, vt colliquamenta. Illa ergo habent naturalem calorem, hçc præter naturam. Quandoquidem cōcoctio eſt perfectio innati rei ipſi calidi, quod humidum cum ſicco miſcet perfectè & naturales ortus contingint rebus cum concoctione: contra, naturales interitus cum putredine, vtque conconcoctio fit mixtione humidi cum ſicco, ita putredo fit ſeparatione illorum. Ergo ſanguis, ſemen, & medulla, calorem habent, quia concoctione genita ſunt, cùm verò corrumpuntur, diſſoluuntur, abeunteque calido naturali, ac cum eo humido, relinquntur frigida & ſicca, ac concreſcunt. Ex hoc loco ſatis conſtat Ariſtotelem libro ſecundo de partibus animalium, falſo dixiſſe, ſanguinem non eſſe proprio calore calidum, ſed alieno, vt aquam calidam. Nam cum ſanguis concoctione generetur, conſtat eum proprio calore eſſe calidum; accedit, quòd Ariſtoteles ipſe dicit hoc loco, ſanguinem, cum ſuam naturam retinet eſſe calidum, concre-

Redarguitur Ariſt. ſuis verbis.

concretionem verò ex qua ſola argumentum illo loco accipit, fieri cũ corrũpitur, ac extra naturam agitur. conſtat tamen illam eſſe temperiem rei alicui propriam, qua affecta eſt cũ naturã retinet, non cum corrupta eſt, hęc enim, materiæ in quam reſoluitur eſt, non rei ipſius. quin Ariſto. ipſe videtur cauſam aperire, qua quidam decipiuntur, qui putant ſanguinẽ eſſe frigidum. Nimirum (inquit) quia vident hęc (ſanguinẽ, ſemen, & alia huiuſmodi) cum ſeparantur (id eſt cũ corrumpũtur, & diſſoluuntur, ſeparanturq; illorũ partes) cõcreſcere. Itaq; affirmante ipſo Ariſtotele, ſanguis corrumpitur ſtatim ac effunditur extra vaſa propria, corrũpitur vero quia diſſoluitur. calido proprio, ac cũ eo humido expirante, relictaq; ſolùm terra materia. Neq; verò poſſum (quanquã vellẽ ſane) locum illũ ex. 2. de partibus anim. cum loco præſenti cõponere. Nam inquit perinde eſſe dicere, ſanguinẽ eſſe rem calidã, ac ſi quis dicat, aquã eſſe rem calidã, nomine aquæ, calidam aquã intelligens. ſtatim addit. Sit aũt ſanguis calidus non per ſeſe, ſed per paſsionẽ. ꝙ nõ aliter explicari poteſt, quã ſanguinem non eſſe calidum, ſed paſsione calfactũ. neq; ſi id velis ita intel-

 ligere,

ligere, paſsione, id eſt concoctione calfactum, bene Ariſto. dixerit, non eſt calidus per ſeſe. Nam nullis eſt magis proprius calor, quam qui concoctione comparatus eſt. Itaque non ſatis videtur illa verba cũ his, quæ modo enarramus, quadrare. ſi qs tamen illa his, vtrunque componere vellit, ac Ariſto. à falſa ſententia repugnanteque vindicare, non prohibeo: illud ſatis conſtat, Ariſtotelem hoc loco veram ſententiam de ſanguinis temperie protuliſſe, eſſe eum calidum proprio calore nam illius calor concoctione comparatus eſt.

Non oĩa cõcoctione genita ſunt calida.

Quanquam neq; illud quidem verum eſt (ſi quis ita intelligat) omnia quæ concoctione genita ſunt, eſſe calida. Nam innumeræ plantæ, atque herbæ, ac fructus innumeri frigidiſsimę naturæ ſunt cũ tamẽ hæc omnia cõcoctione quadã generetur, & perfecta fiant ſed illud vnum verũ eſt, quæ cõcoctione ſubeunt nõ eſſe ſine calore. Nã dictũ ſupra eſt, res ſuo ipſarũ calore pręcipue coqui, ac cõcoctionẽ ipſam eſſe huius ipſius caloris perfectionẽ. ſed nõ ꝑinde neceſſe ſit, in iis omnibus rebus caloris eſſe pluſquã frigoris, ſed ab eo calore ꝗ proprius eſt, quãtulus cũq; is ſit, cõcoctionẽ agi, perfectionẽ aut minus perfectã, vt

calor

calor naturalis, maior aut minor eſt, atq; humidum & ſiccum, quæ illi ſunt materia, idonea pati, plus aut minus. Cōſtat verò longè aliud eſſe, rē habere calorē, aut eſſe calidam eſt enim calida, ea ſolū res, quę plus habet calidi quā frigidi. Nō ergo Ariſtoteles hoc loco viam apperuit (quanquam profecto in cæpit) qua cuiuſque rei ſimplicis, & homo geneæ, temperies cognoſcatur. Neque certe ex modo ſubſtantiæ, aut aliis accidentibus inueniri poteſt. ſed medica arte eſt opus. Ea enim quædā principia ab hac philoſophiæ parte accipiens, atque ea cum experimento coniungens, rerum omnium, & partium in animantibus, temperamenta docet.

HAbet ergo res hoc modo vt definitū eſt. Quibus materia eſt aquę, maxima ex parte ſunt frigida. Hæc enim potiſsimū igni eſt cōtraria. In quibus aūt terrę vel aëris, calidiora. Cōtingit aūt aliquādo eadē fieri frigidiſſima, & calidiſſima alieno

calore

calore. Quæcunq; enim maxime compacta ſunt, & maxime priuata, hæc frigida etiã maxime ſunt, ſi priuentur calore, & vrunt maxime, cum ignẽ cõceperunt, vt aqua quam flamma, & lapis quam aqua, vrit plus.

Res aerea non ſunt calida.

EPilogum facit, eorum quæ dicta ſunt, addens denuò, ea quæ ad aërem pertinent, calidiora eſſe. Quod iiſdem limitationibus intelligi deberet, quibus ea etiam quę de aqua & terra dicebantur, intelligi debere monuimus, nimirum non perpetuò ita habere, ſed magna ex parte, & cauſa ipſius materiæ. Sed hoc etiã modo, non poſſum ego hanc ſententiã probare, quippe qui lib. 1. contro. confirmaui multis argumentis, aërem non eſſe calidũ, ſed in hac efficientium qualitatũ oppoſitione temperatũ. video etiam res omnes aëreas, vt oleum, ceram, & res alias huiuſmodi, in confingendis medicamentis vt materiam accipi, quaſi res teperatas mediocriter, & aliorum medicamentorũ vires,

res, nullam in partem deflectentes. Itaq; ego verius arbitror, ea quæ ad aërem pertinent, eſſe mediocria, neq; calida nec frigida. quanquam non reprehendo Ariſtotelem, quippe qui ſuis placitis cõſentanea protulit. Putat enim ille aërem eſſe calidũ. Bene ergo continuò dicit, quæ pertinent ad aërem eſſe calida. Addit dictis Ariſto. Res denſas & craſſas, plus frigoris, cũ priuantur calore, & plus caloris, cũ priuãtur frigore, concipere, quam res raras, & tenuium partium. Quo loco nõ diſſerit de tẽperamento naturali rei. Nam ex craſſitie aut tenuitate, non poſsit innatum calorem aut frigus cognoſcere. ſed illud vnũ aſſerit, res huiuſmodi plus caloris, cum calfiunt, & frigoris cum refrigerantur, cõtrahere. Nimirum, vbi ſubſtantia eſt denſior, eſt materiæ plus, quare & formę plus ſit. ſed dixit Ariſtoteles attente admodũ. Hæc frigida maxime ſunt, ſi priuentur calore, & vrunt maxime, cũm ignem concęperint. Poſſet enim dicere, & calida ſunt maxime, vt dixerat frigida maxime ſunt, aut refrigerant maxime, cũ ſtatim dicturus eſſet, & vrunt maxime. ſed quiddam aliud, quod rebus craſsis cõtingit, innuit. Nimirum, res craſſę, equali refrigeratione

ne concipiunt plus frigoris, tamen æquali frigori nõ ſemper refrigeratur plus. calfactus verò vt plus caloris accipiunt, ita poſtea calefaciunt plus. Nã medicamẽta frigida quo tenuiora ſunt, eo refrigerant plus, cauſa penetrationis, vt ventus quam aqua, aqua quam lapis. calida contrà, quo ſunt craſsiora, eo vrunt plus, quia hærent parti, non effluentia, vt ignitus carbo, plusquam flamma, & ferrum ignitum, quam feruens aqua.

Cap. XII.

CVm autem hæc diffinita iã ſint ſigilatim, dicamus quid ſit caro, aut os, vel aliorũ, quæ ſimplicia ſunt, vnũquodq;. habemus enim iã eorũ, ex quibus ſimplicium natura conſtat, genera, & cuius vnũquodq; generis ſit, per generationem. Nam ex elementis ſimplicia, ex his

vero

vero vt materia, omnia naturæ opera. Sunt vero omnia vt ex materia ex dictis, vt autem ſecundum ſubſtantiam, ratione ſemper autem magis manifeſtum in poſterioribus. Atque vniuerſim, in iis quæ vt inſtrumenta, atque alicuius cauſa facta ſunt. Magis enim manifeſtũ eſt, mortuum hominẽ per homonimiã dici, ita & manũ vita defuncti hominis per homonimiã dici, vt ſi lapideæ fiſtulæ, fiſtulæ appellentur. nam vt inſtrumenta, hæc quoque omnibus videntur eſſe. minus aũt in carne, & oſſe hæc ipſa manifeſta ſunt: ad huc aũt, in igne, & aqua, & terra minus. cuius

enim

enim cauſa ſint, in his minime manifeſtum eſt, vbi plurimum eſt materię. quēadmodū enim ſi extrema accipiantur, materia quidem nihil aliud eſt præter ſeipſam, ſubſtātia autem nihil aliud quam ratio: quicquid in medio eſt, proportione eſt reſpondens, eo quod prope ſit vnumquodq;. Quandoquidem horum quodcunq;, eſt cauſa alicuius. & non eſt omnibus modis habens, aqua vel ignis, vt neque caro neque viſcus, ac his multo magis neque facies, neq; manus. Omnia autem ſunt finita operatione. Quæcunque em̄ poſſunt actionem ſuam obire, verè ſunt. vt oculus ſi videt, qui

enim id non poteſt, per homonimiam, vt mortuus, aut lapideus neque enim lignea eſt ſerra, niſi vt imago. Ita igitur & caro. ſed actio illius minus manifeſta, quam linguæ. Ita habet & ignis, ſed forte minus adhuc manifeſta naturaliter illius actio, quam carnis. ſimiliter & partes plantarum, & in anima, vt æs & argentum. omnia enim facultate quadam ſunt, vel agẽdi vel patiendi, vt caro & neruus. Verumtamen illorũ rationes nõ ſunt exactæ. quare quãdo exiſtũt & quãdo nõ, nõ facile eſt videre, niſi valde euanidũ iam ſit, & figurę ſolæ ſint relictæ, qualia antiquorũ cadauerum

rum corpora ſunt, quæ ſtatim cinis fiunt in ſepulchris: & fructus antiquiſsimi, qui ſolam retinent figuram, ſenſum autẽ non mouent multum. Et quæ ex lacte coagulata ſunt. Partes igitur eiuſmodi calore & frigore & horum mutationibus fieri poſſunt, dum calore & frigore coguntur. Dico autẽ eas quæ homiomeres & ſimplices ſunt, vt carnem, os, pilos, neruos, & omnes huiuſmodi. omnes eñi differunt iis diſtinctionibus, quas ante diximus, dilatatiõe, tractu, cõminutione, duritie, mollitie, & aliis eiuſmodi. Hęc enim à frigido & calido, & mixtis motibus fiunt. Quæ vero

ex iis conſtãt, diſſimilia, inquã, & multiformia, nulli vtiq; videantur. vt caput, manus, aut pes, ſed quemadmodum cauſa qua æs aut argentum ſit, eſt frigoris aut caloris motus, quod autem ſerra, phiala, aut arca, non ita, ſed hic ars, illic natura, aut aliqua alia cauſa. Cum ergo iam habeamus cuius generis ſit vnaquęq; ſimplicium partium accipiẽdum eſt, quid ſit vnumquodq;, vt quid ſit ſanguis, vel caro, vel ſemẽ, & aliorum quodque. Ita enim ſcimus vnũquodque, quid, & cuius cauſa ſit, ſi materiam vel rationem teneamus. Maxime autem cum ambo & generatiõis & corruptio-

nis, & vnde principium motionis. Quibus manifeſtis, ſimiliter, ea quæ non ſunt ſimplicia, conſideranda ſunt, & tandem ea, quæ ex illis conſtant, vt hominem, plantam, & alia huiuſmodi?

CVm hactenus Ariſtoteles docerit, paſſiones omnes, quibus partes ſimplices differunt, ac nonnihil etiam de temperamentis diſſeruit, quæ & ipſa partium ſimplicium ſunt, modo docet qua ratione enitendum ſit, ex dictis, ſingulas partes diffinire, ac ex illis compoſita corpora in tota hac oratione ratio ſignificat, rei de qua agitur, formam. Conſtant ergo cæmēta materia prima ſolū & forma. ſimplicia vero ex elementis vt materia, ac præterea propria forma. Nam mixta non conſtant ſolis elementis confuſsis, ſed ex illorum mixtione, propria rei cuiuſq; forma, & natura, & ſubſtantia naſcitur. Hæc vero forma eſt, qua res aliqua dicitur eſſe,

Ratio, ſignificat formā rei

id quod

id quod eſt. Quę euidentius cognoſcitur in poſterioribus, & compoſitioribus rebus, quàm in prioribus, & ſimplicibus. Atq; proinde in inſtrumentis, quæ actionis alicuius cauſa facta ſunt, magis manifeſta eſt, quàm in ſimplicibus. Nam magis manifeſtum eſt, hominem mortuum nō eſſe vere hominem, ſed per homonimiā dici, & manum mortui hominis non eſſe manum, ſed manum dici, vt fiſtulę lapideæ fiſtulæ dicuntur, quam carnem demortui hominis aut os, non eſſe carnem, aut os. adhuc autem in igne & terra, denique primis elementis, minus multò conſtat, quæ ſint verè talia, propriamque illorum naturam retineant, aut non ſint verè, ſed ſimilitudine aliqua. Nam in rebus omnibus, quod natura poſterius eſt, eſt nobis magis notū, ꝙ prius, minus notū. ſimplicia verò ſunt propria priora cōpoſitis, & vt aliquid magis compoſitum eſt, ita poſterius eſt natura. Compoſita itaque notiora nobis ſunt ſimplicibus, ergo & cum non ſunt verè talia, facilius diſtinguentur. Appertius ergo cognoſcitur homo mortuus, non eſſe homo, quā manus, & manus appertius quam caro. Accedit, quòd partes compoſitę definiūtur actio-

nibus, ſimplices verò temperamentis ſolum. Ergo quanto apertius eſt hominem & inſtrumenta morte priuari actionibus, quam partes ſimplices temperamento: tãto facilius eſt, cognoſcere demortui hominis manus non eſſe manus, quam carnẽ. Dum actiones oẽs partiũ cõpoſitarũ eſſe dico, actiones perfectas intelligo. Eas inquã quæ precipue dicuntur de homine, & de inſtrumentis, vt viſio, ingreſſus, & ſimilia. vt dicitur homo videre, & oculus. Atqui quanquã hæ inſtrumentis tribuũtur; tamen ex ſimplicibus partibus proueniunt, vt ex principio. Nam facultatum ſunt oẽs actiones, conſiſtunt verò in tẽperamento, quod partiũ ſimpliciũ eſt, facultates oẽs. ſed hæc explicuimus ſatis diffuſſe lib. 2. Cõtro. & pro preſenti loco dicta ſunt ſatis. Docet tamẽ Ariſtoteles quo referãtur omnia quæ liber hic cõtinuit. Referũtur profectò ad veram, rerum perfectarũ, cuiuſmodi ſunt homo & arbor, notitiã, ordine quodã cõpoſitiuo cõparãdã. Nam cuius tẽperamẽti vnaquęq; ſimplicium partiũ, vt cortex nucleus, fibra in arbore, medula, caro, neruus in homine ſit, intelliges, diſcens cuius elementi ea ſit. cuius elementi ſit, diſces ex enumeratis paſſionibus

Actiones perfectæ inſtrumẽtorũ ſunt

ſionibus. ſciens ergo cuius temperamenti ſit pars ſimplex omnis, nō poſsis ignorare cuius temperamenti ſit inſtrumentum. Nā tēperamentū cōpoſiti, prouenit à temperamētis ſimpliciū cognoſciturq; collatione ſimpliciū. neq; totius hominis tēperamētū aliter poteſt inueſtigari. Nemo ergo iā hinc non intelligit, Ariſtotelē hoc libello neceſſaria medicinæ fundamēta jeciſſe, atq; hinc medicos ſuæ contēplationis principiū capere. nā quæ ad hominis naturā planè intelligēdā, cōſiderari oportere Ariſtoteles docet, hęc ipſa, illi exequūtur. nimirum de ſanguinis natura ſcripſit Gal. 2. lib. de elementis, de ſemine libello proprio, ego de his primo & ſecundo libro Cont. Egi, vbi non minus diſſerui de actionibus, an ſint partiū cōpoſitarum an ſimplicium, quod ad hanc diſputationē eſt etiam vtile. de ſingularū partium vſu & actione ſcripſit Gale. lib. decē & ſeptē.

Nos ergo parti huic philoſophiæ incumbentes, & philoſophis & noſtris medicis gratum, vt ſpero, commentariolum iam perfecimus.

Finis.

PRIMVS NVMERVS SIGNIFIcat folium ſecundus faciē aut paginā.

A

AQua an ſit ſumme humida. 8.2.
Aer neq; calidus eſt neq; frigid⁹. 10.1.
Ariſtot. & Gal. de qualitatibus agentibus & patientibus eodem modo ſentiunt. 10.1.
Agendi & reſiſtendi eadē eſt vis. 12.2.
Alteratio duplex aut ſecundum qualitates aut ſecundū ſubſtantiam. 24.1.
Ariſt. duarum cauſarum putredinis alteram omiſsit. 32.2.
Animalia in rebus putreſcētibus quo modo generentur. 37.2.
Alteratio quædam eſt putredinis & concoctionis particeps. 48.2.
Aqua neq; coq neq; nutrire poteſt. 24.2.
Aſſatio maioris artis eſt, quā elixatio. 65.2
Aſſationi apta & inepta. 66.1.
Aqua eſt primo humida & ſi nō ſit ſumme

me humida. 74.2.
Animalia cur niſi in aqua & terra generari non poſsint. 76.2.
Aquæ genera quæ dicātur Ariſtoteli. 83.1.
Antiperiſtaſis non fit ſine reuocatione ſuſtantiæ. 84.1.
Aqua gelaſcens non ſicceſcit. 86.1.
Aquęa dēſantur ſed nō craſſeſcunt. 92.2.
Aqua cur non poſsit craſſeſcere. 92.2.
Aquæ genera quæ dicantur. & quæ aquæ & terræ. 94.1.
Aer denſatur facile ſed nō dureſcit. 106.2.
Aquea cur non ſint in tinctilia. 130.1.
Ariſtoteles varie vtitur multis nominibus. 137.2.
Aqua cur non ſit compreſilis. 138.2.
Ariſt. ſæpe confugit ad aliena dogmata in diſſoluendis queſtionibus. 144.1.
Actiones perfectæ non ſunt partium ſimplicium ſed inſtrumentorum. 179.2.

B

BArbari quidam medici afirmant, concoctionē & putredinem ſimul agi, ſed falſo. 44.1.

C

CAlorem naturalem non conſumere propiū humidū quanquā Ariſto. & Plato contrarium docēt. 16.2.

Calor & frigus an generent. 19.2.
Calidum innatum quid ſit. 26.1.
Coctum & crudum an ſint cōtraria. 40.1.
Coctum non poteſt crudū reddi. 40.2.
Concoctio non dicitur vniuoce. 41.1.
Concoctio cum liquatione lixatio. cum vſtione aſſatio eſt. 41.2.
Concoctio quid ſit & quomodo. 42.1.
Concoctio propio rei quæ coquitur calore agitur. 42.2.
Concoctio quedam perfecta quędam imperfecta. 47.1.
Concoctio imperfecta proprie eſt concoctio. 47.2.
Concoctio omnia reddit craſſa. 52.1.
Ciborum corruptio ad nidoroſum non eſt cruditas. 64.1.
Cibi ſemper acceſcunt frigore. ibiden
Concreta multa fiunt non craſſeſcentia & quomodo. 95.1.
Coagulum qua ratione vtile ſit ad grumos lactis. 114.1.
Craſſarū aut tenuiū partiū quę ſint. 130.1.
Compreſsibilia quæ ſint. 136.2.
Carbuncus lapis cur non poſsit vri. 150.1.
Cera communis eſt aquę & terræ & cur liqueſcat igne. 164.1.
Calor nihil poteſt durare per ſe ſed per

ſiccitatem. 90.1.
Concreta à calore. ſoluũtur humore per ſe, frigore ex accidenti. ibiden.
Concreta, quæ diſſoluant. 96.2.
Cornu an concretũ ſit aqua & igne. 99.2.
Coagulum qua ratione faciat lac concreſcere. 130.2.
Color non tam ſequitur mixtionẽ elementorum quã ignis celeſtis cum elementis. 154.1.
Compoſitio triplex in animantibus. 155.1.

D

DIſcretus calor quid ſit apud Ariſt. 372.
Durum & mole ad aliquid. 79.2.
Durum & molle an ſenſibile propiũ an commune. 80.1.
Denſari & craſſeſcere, vt defferant. 92.1.
Dulcia ſunt terræ. 112.1.
Durum per methaphoram. 130.2.

E

ELementa nulla pura ſunt. 27.2.
Elementũ nullum ſi purum eſſet putreſceret. 28.1.
Elixa ſicciora eſſe aſsis putat Ariſt. ſed falſo. 59.2.
ἐντελέχεια quid ſignificet. 74.1.
Elementa an ſint in cælo. 75.1.
Elementum purum nec molle nec durum

rum eſſe. 78.1.
Extenuati homines cur cauere debent ab aſtringentibus. 85.1.
Euaporantia aut non euaporātia quæ vocet Ariſt. 111.1.
Emollibilia quæ ſint. 127.1.
Emollibilia igne quæ ſint. 128.1.
Emollibilia ſimpliciter quæ dicantur ab Ariſto. 135.2.

F

FRigus agens qualitas eſt. 12.1.
Facultates generandi neq; calor neq; frigus eſt. 15.1.
Frigus cauſa ſine qua nō eſt putredinis.3.2
Flamma duplici motu ſeruatur. 35.2.
Flixio ad aſſationē pertinet. 57.2.
Fęces in ventriculo generari quidam hodie medici dicunt ſed falſo. 68.1.
Fęces generari in inteſtino monſtrat.70.1
Frigus per ſe denſat. 83.2.
Frigus cur corrumpendo tantū agere dicat Ariſt. ibidem
Frig⁹ ſępe eſt cauſa caloris ex accidēti.84.1
Frigus conſtringendo ſiccat. 85.1.
Fictilia cur torqueant ad ignem. 96.1.
Frigore concreta fieri poſſunt in diſſolubilia. 102.1.
Ferro nihil præſtat calor ad concretionē quid-

quidquid dicat Ariſt. 15.2.
Flexilia quæ & qua cauſa ſint. 1;2.1.
Fragile & ruptile Ariſtoteli idem. 133.1.
Formabilia quæ ſint. 136.1.
Fiſsilia quæ & cur ſint. 142.1.
Flammam emittentia quæ. 150.1.
Flamma eſt fumus ardens. 152.1.
Facilius eſt ſentire mortuum hominem non eſſe hominem quã manũ mortuã non eſſe manum. 179.1.

G

GAlie. cur multa facile putreſcere dicat. 37.1.
Gelu cur in aqua aſcendat. 88.1.

H

HVmor & ſiccitas vim habent generandi ſibi ſimiles vt calor & frigus. 10.2.
Humor & ſiccitas cur dicantur patientes. 11.2.
Hyeme cur nõ diſſoluãtur corpora. 19.1.
Humor putredinis eſt cauſa efficiẽs. 32.2
Humidum eſt maturitatis propria materia. 52.1.
Humectationis quidam modus eſt prætcr dictos ab Ariſtotele. 88.2.
Humida quæ euaporãt aquæ ſolius ſunt, quæ non, terræ aut communia. 156.1.

I

I

IGnis cur non putreſcat. 28.2.
Ignem quendam eſſe cęleſtem, huncq; per corpora inferna permeare. 75.1.
Ignis nullus eſt prope cælum. 77.1.
Ignis per omnia permeat vt opifex. ibidē
Indiſſolubilia quæ & cur ſint, & quot modis dicantur. 99.1.
Inconcretilia ſimpliciter nulla ſunt. 124.2
Inconcretile à frigore nihil eſt. 125.1.
Inconcretilia à calore ſunt quedam. ibidē
Impræſsilia quæ & cur. 134.2.

L

LIber quartus meteórorum eſt de mixtorum paſsionibus quę illis accidunt gratia elementorum. 6.1.
Liber hic melius diceretur tertius de ortu & interitu quam quartus mete. ibidē
Lumbricorum triplex genus. 67.1.
Lumbricos in inteſtinis gænerari probatur. 69.1.
Lumbrici quibus medicamentis enecentur. 69.2.
Lac quale eligendum infantibus. 113.2.
Lationis quatuor modi. 137.1.
Lentoris vera cauſa. 144.1.

M

Mors

Mors non fit ſine morbo. 17.2.
Mors nulla eſt naturalis. ibidē
Mors quo modo dicatur naturalis. 18.2.
Mors non poteſt fieri ſine dolore. ibidem
Mortem neceſſario accidere demonſtrari poteſt, quanquam galenus cōtra ſentit. 19.2.
Maturitas eſt concoctio maxime propria. 51.2.
Materia cæli an ſit eiuſdem naturæ cum materia noſtra. 75.2.
Modus ſubſtantiæ quid ſit. ibidem
De molli & duro ſententia Platonis. 79.1
Mel in feruente aqua calore denſatur nō frigore vt affirmat Ariſt. 91.1.
Medicamenta incindentia quæ ſint. 97.1.
Medici cur extenuent ſuccos cum natura craſſos faciat. 97.2.
Medicamenta emollientia multiplicia eſſe, & quæ ſint. ibidē
Mel non pertinet ad ſolam terram. 112.1.

N

Naturale quot modis dicatur. 14.2.
Naturalis ortus concoctione agitur. 25.1.
Nix cur ſoluatur aqua. 91.1.

O

ORtus & interitus rerum duplices ſunt. 14.1.
Oleum non eſt calidum. 61.1.
Oleum quomodo craſſeſcat. 61.2.
Oleum quomodo craſſeſcere aut elixari poſſe negauerit Ariſtoteles. ibidem
Oſsium formationis ratio apud Platonem. 98.2.
Oleo non liqueſcit ſal & cur. 107.1.
Oleum denſari poteſt à frigido. 106.1.
Oleum cur craſſeſcat frigore. 107.1.
Olei partes cum craſſe ſunt ex aereis aqueas fieri falſo dixit Ariſto. 107.1.& 2.
Oleum ſuccus albus eſt. 108.1.
Obſcuritas Ariſto. ſæpe eſt noxia. 125.2.

P

PVtredo omnibus rebus homo generis eſt via ad naturalē interitū. 22.2.
Putredo qua ratiōe cōtraria ortui. 25.1
Putredo quomodo fiat. 26.2.
Putredinis quæ forma & ratio. 29.1.& .2.
Putredini duobus cōtrariis reſiſtitur. 31.1.
Putreſcēs quo calidius eſt natura, eo plus caloris præter naturam concipit. 34.1.
Putredo ventillatione tollitur, & qua cauſa. 35.1.
Putredo non ſemper naſcitur ex obſtructione. 36.1.

Platio-

Platonis de calido & frigido ſentẽtia. 86.1
Platonis de leui & graui ſententia. 87.2.
Pyrimachus lapis quis ſit. 100.1.
Plumbum cur nigreſcat primum, albeſcat deinde, cum liqueſcit. 101.1.
Plumbũ, cum magis terreum ſit aliis metallis cur liqueſcat facilius ad ignem. ibidem.
Pinguia ſunt aeris. 112.1.
Pulſus & plagua & tactus quid. 134.2.

Q

Qualitates primæ, elementorum cauſæ appellantur & cur. 7.2.
Quæ comutatio dicatur ortus & quæ interitus. 14.2

R

Res omnes ad quæ elementa pertineant & quot. 118.1.

S

Senectus naturalis eſt. 17.2.
Senes cur ferant ieiunia facillime. 19.1
Succi aquoſi ſine concoctione expurgantur. 55.1.
Salamandra non degit in igne. 77.1.
Siccatio non ſemper agitur calore aut frigore. 84.2.
Siccationis duos modos ammiſsit Ari-

ſtote. 85.2.
Sſtomoma quid ſit. 100.1.
Sanguis qui non coit putris eſt. 114.2.
Sanguinem frigidum eſſe ſubiectio male colligit Ariſto. 115.1.
Subactilia quæ ſint. 145.2.
Suffitui apta quæ ſint. 147.2.
Smplex & multiformis pars ſenſu diſtinguntur non ratione. 154.2.
Succinum quo modo & vbi generetur 161.1.
Sororum Phaetontis fabulæ. 161.2.

T

TErra & aqua cur grauitatem præſtent mixtis corporibus, & ſi equalibus omnium elementorum portionibus ea conſtent. 76.2.
Tractile vt differat ad vctili. 127.2.
Temperamentum rei non poteſt cognoſci per ſecundas qualitates. 145.1.
Thus liquari poteſt & inflammari. 151.1.
Temperamentum quid ſit. 168.1.
Temperamentum nullam alicui modo ſubſtantiæ proprium eſt. ibidem.

V

VInum an differat ipſe amuſto. 47.2.
Vngues perfrigerati cur ad ignem doleāt in calida aqua minus. 66.1.

Vrina non ſit tenuis obſtructione. 97. 2.
Vinum quoddã ad ignem craſſeſcit. 109. 2
Vacui pori qui dicantur. 138. 1.
Vſtioni apta quæ ſint. 146. 1. & 2.
Vapor & exalatio quid ſit. 147. 2.
Vinum quoddam eſt ſuffitui aptũ. 149. 1.
Vini ſunt multa genera. 158. 2.

Finis.

¶Multa deprehendi in hoc libello eſſe errata quæ curaui in hunc locũ excipere ne lectorem remorarentur. numerus primus ſignificat folium ſecundus faciem tertius lineam.

OCcurret. ꝙ. pro quod 14. 2. 16. & 14. 2. 25. & 18. 1. 6. & 28. 1. 25. & 27. 1. 1. & 98. 1. 27. & 144. 1. 16. & 145. 2. 20. Inuenies. 19. 1. 21. explicauimus ꝓ explicabimus. 19. 2. 26. cum pro an. 22. 1. linea vltima omnia pro anima. 22. 2. 6. ſenſibilẽ pro inſenſibilem. 23. 1. 6. que pro quam. 24. 1. 14. emendant pro emendat. 28. 1. 26. continentum pro continentem. 30. 1. 15. & ibidem. lin. 25. antipariſtaſim pro antiperiſtaſim. 32. 2. in fine. calo pro caloris. 34

 1. 18.

1.18.ina pro vina.41.1.15.ariditatẽ pro cruditatem.ibidem linea.16.&.17. amethodem pro amethodè.46.2.11.poſtea pro poſt ea.48.2.13.cum pro cum.50.1.17.feruentes pro feruentia ibidem & lin.18. & inuſta pro vt muſtum.51.2.25.phymatam pro phymatum.56.2.7.dant pro dat.59.2.5. æterno pro externo.60.2.14.ἀοϱίστου pro ἀοϱίστου 64.2.24.cõmutatione.ꝓ cõmẽtatiòne.66.1.4.redigerit ꝓ redegerit.70.1.27.cõpariant pro cõparant.71.2.10. nunquam pro nonnunquam.72.2.8.hinc pro hic.73.1.25.ſicut pro ſi vt.ibidem lin.26.&.27.omnium eorum pro omnia ea 78.2.10.abſcẽdunt pro abſcedunt.84.1.6.quinto pro quintæ.86.2.17.con pro non.87.2.10.partim pro partium.88.2.13 tamen pro tñ.92.2.20.aſſumpſit pro abſumpſit.109.2.2.& iam pro etiam.112.25. multè pro multo.114.1.6.mulierulæ pro mulierculæ.125.1.15.eſt pro eſſe.129.2.7. οὔτων pro ὄντων 134.2.12.tractu pro tactu 143.2.18.ἐπαλλαξο pro ἐπαλλαξις 154.1.19.Ariſtotelis pro Ariſtoteles.154.2.21. nimirum pro minium.157.2.19.Ariſtoteles.pro Ariſtotelis.161.2.27.fluere pro effluere.171.6.poſsit pro poſsint.173.2.3.

nullis

nullis pro nullus.ibidē lin.7.vtrũq; pro vtcũq; ibidem.lin.21.generetur pro generẽtur. & .25. concoctione pro concoctionem.& lin.vltima.perfectionem pro perfectorem.175.2.2.frigori pro frigore & refrigeratur pro refrigerantur & calfactus pro calfactæ.